BIBLIOTHECA AUGUSTANA,

COMPLECTENS
NOTITIAS VARIAS
DE VITA ET SCRIPTIS
ERUDITORUM,

QUOS
AVGVSTA VINDELICA
ORBI LITTERATO
VEL DEDIT VEL ALUIT.

Congessit FRANCISCUS ANTONIUS VEITH
Augustanus, Bibliopola.

Alphabetum III.




AUGUSTÆ VINDELICÆ.
SUMPTIBUS AUCTORIS.
MDCCLXXXVII.



PRÆFATIO.

Accipe, Lector! Alphabetum III^um. Bibliothecæ Augustanæ; quod cum opinione mea citius maturuerit, non est, cur illud longius premam.

Hujus maximam partem Vita Marquardi Freheri *Jurisconsulti & Historici Palatini multo celeberrimi: Vita Sigismundi* Maysterlini, *qui sæculo XV. claruit: Vita Melchioris de* Stammham, *qui Augustano SS. Udalrici & Afræ monasterio, qua Abbas, sæculo itidem XV. præfuit: Vita Caroli & Georgii* Stengeliorum, *hujus e Societate Jesu, illius e familia Benedictina; quorum uterque virtutis & doctrinæ fama maxime insignis extitit: Vita Georgii* Tradelii *Jurisconsulti celeberrimi implent. Et in* Freheri *quidem Vita*

describenda etsi multum Joh. Henr. Dav. Goebelii (a) *opera usum me esse, profiteri palam eum maxime in finem debeo, ut cuique laus sua maneat; tamen quamplurima alia sunt, quae mea e penu in medium attuli, tum in Sectione prima, tum maxime in secunda, ubi de Moribus, Doctrina, Amicis, & doctorum Virorum de Nostro Judiciis fuse tracto: itemque tertia, sive in Catalogo Operum a* Frehero *conscriptorum, ubi ferme de singulis Censuras eruditorum, multaque alia* Goebelio *aut ignorata aut praetermissa suis locis interpono, aut falso ab eo affirmata emendo. Quae deinde in* Maysterlino, & *Melchiore de* Stammham *propono plerisque omnibus ignota, supplementa minime spernenda*

(a) Hic novae editioni Operis a FREHERO conscripti: *De secretis Judiciis olim in Westphalia, aliisque Germaniae partibus usitatis, postea abolitis*, a se curatae, & in 4to. *Ratisbonae*. anno 1762. excusae *Commentationem de Vita & Scriptis* FREHERI nostri praemisit. *Göbelianae* editionis hujus Exemplar, ex Bibliotheca V. Cl. *Georg. Guil.* ZAPF, quibusdam eruditis *Notis* D. *Jo. Frider.* JUGLERI interstinctum nactus, etiam doctissimi hujus Viri Annotata praesenti lucubrationi suis locis inserenda duxi.



nenda præbere poterunt , quibus Joh. Alb. Fabricii *Bibliotheca mediæ & infimæ Latinitatis augeatur. Caroli vero & Georgii* Stengeliorum *Vitas taliter perscriptas exhibeo, qualiter ante me nullus (Absit verbo invidia) exhibuit. Denique* Tradelii *Vitam, ex Parentalibus in honorem & memoriam nominis ejus vulgatis desumptam, compluribus Notis & Observationibus meis illustrare non omitto.*

Præter mox laudatos Scriptores, quorum Vitæ & Scripta plusquam duas tertias præsentis Alphabeti partes occupant, sunt alii, quorum honorificam mentionem, aut privatis Paragraphis, aut in transitu duntaxat & per modum brevis Notæ *(ubi occasio non solum ferre, sed etiam exigere videbatur) infero; quod persuasum habeam, brevem eorundem memoriam municipibus meis, suorum merita & laudes avido, (ut par est) animo lecturis haud parum voluptatis allaturam fore.*

Sic exit Alphabetum III. Bibliothecæ meæ Augustanæ, quam non omnino



ingratam fore tum civibus meis, tum exteris, spero: civibus quidem meis, quod inde liquido cognituri sint, quanta in omni scientiarum genere praestiterint Majores nostri: jureque meritissimo factum esse, ut urbs patria Augusta, tanquam mater praestantium ingeniorum ac nutrix, & habita fuerit semper, & a doctrinae laude omni tempore quam maxime commendata. Hinc spes est, fore, ut clarissimis horum exemplis animati concives mei ad similia audenda consurgant, & hanc patriae gloriam continua annorum serie ad se propagatam, ipsi quoque in seros usque posteros transfundere connitantur.

Exteris vero, quamvis eos Augustae urbis fama propius haud tangat, minime tamen dividiae erit (ut arbitror) habere, unde discant, quantum cives Augustani in scientiis promoverint: & quibusnam Operibus orbem litteratum adjuverint, instruxerint, adornarint.

Scribebam Augustae, die 1. *Januarii.* 1787.

Nomi-

Nomina eorum,

Qui hoc *Alphabeto III.* continentur.

Observa, Lector! eos, qui *peculiari Paragrapho* laudantur, litteris majusculis: eos vero, qui duntaxat in transitu & per modum *brevis Notæ* memorantur, minusculis exprimi.

GRIES-



ABERZ-



ABERZHAUSER (*Gregorius*)

Memoriam *Noſtri* ſervavit nobis *Franciſcus* PETRI, Canonicus regularis *Wettenhuſanus*, in ſua *Germania Canonico-Auguſtiniana* (*a*), ubi ſequenti encomio *Gregorium* prædicat: quod hoc loco integrum appono, judicans *Noſtrum* hoc laudis genere dignum, eoquod maximam partem *hiſtorica*,& hæc inter multa ad illuſtrandas *Res Auguſtanas* pertinentia congeſſit.

„ *Gregorius* ABERZHAUSER, natione Germa-
„ nus, *Oberameringæ* pago in ſuperioris *Bavariæ*
„ ducatu ſito oriundus, adoleſcens *Auguſtæ Vinde-*
„ *licorum* in cœnobio *S. Crucis* inſtitutum *Canoni-*
„ *corum regularium S. Auguſtini* anno 1593. ſuſce-
„ pit; quod ſequenti anno in manibus RRmi D. *An-*
„ *tonii* BEIRER de *Ichenhauſen*, tunc temporis Præ-
„ poſiti digniſſimi, profeſſus eſt. *Dillingæ*, in ce-
„ leberrima illa ab OTHONE S. R. E. Cardinale &
„ Epiſcopo Auguſtano fundata Academia, Philo-
„ ſophiæ ac Theologiæ operam navavit. Fuit is
„ vir gravis, moribus ad religioſam modeſtiam
„ compoſitis ornatus, canonicæque diſciplinæ ſtu-
„ dioſiſſimus zelator: inſuper ob candorem animi,
„ bonitatem ac manſuetudinem naturæ non mo-
„ do Con-Canonicis, verum & extraneis quoque
„ viris charus, ac in pretio. Ipſe illuſtriſſimus Prin-
„ ceps

(*a*) Habetur Opus iſtud in *Collectione Scriptorum Rer. hiſtorico-monaſtico-eccleſiaſt.* a MICHAELE *III.* adornata *Ulmæ.* 1755. *Tom. III. p.* 134.

„ ceps D. *Henricus* de KNOERINGEN Episcopus Au-
„ gustensis illum anno 1611. *Bernriedam*, *Canonicorum regularium* cœnobium, in superiori *Bavaria* ad lacum vermium (vulgo *Wurmsee*) situm, disciplinam regularem inibi collapsam restauraturum, publicis in hunc finem datis litteris, misit; quod commissum munus peregregie ab ipso præstitum fuit. Porro indagandæ ac e tenebrarum latibulis exciendæ antiquitati plurimam operam collocavit. Unum hic adduxisse sufficiat, ex quo, tanquam ex ungue leonem, ceteram Viri industriam dimetiri pronum. Supra mille monetarum, antiquitate jamjam obsoletarum, tum aurearum ac argentearum, tum ex aliis metallis fusilium collegit; quas omnes tum in varias cistulas, tum in distinctas concavitates ac scrobes asseribus insculptas, singulis specialem assignans, distribuit elegantissimeque disposuit: quæ partim in Bibliotheca *S. Crucis* nunc asservantur, partim injuria temporum periere; maxime quæ ex auro argentove confectæ sunt. Tanta ac tam varia manus Viri indefessi elucubravit, ut haud immerito de illa quidam ex Societate Jesu, magni apud suos nominis vir, edixerit, quod quondam de manu *Oswaldi* regis *Anglorum*, in pauperes perquam liberalis, *S. Aidanus* episcopus pronunciavit, *ne scilicet illa unquam putresceret*. Scripta sua potissimum stando confecit; ut etiamnum pedum vestigia, inferiori pavimento cubiculi sui impressa, loquuntur. Decessit Vir optime de cœnobio suo meritus, postquam plurimis annis Bibliothecæ curam non sine industria ac labore gessisset, anno Domini 1632. die 20. Aprilis in pago inferioris *Bavariæ* *Inssen* dicto; cum exul e cœnobio propter *Suecos*

„ *cicos* tumultus cœnobium *S. Zenonis* per *Bava-*
„ *riam* peteret. Corpus in dicto *S. Zenonis* prope
„ *ditiores Hallas* asceterio terræ mandatum. Ejus
„ igitur calami sunt:

„ *Liber spiritualium Exercitiorum*, in 4to.
„ In folio. *Liber Fundatorum & Benefactorum Cœ-*
„ *nobii S. Crucis.*
„ *Liber Virorum illustrium ex variis Religionibus.*
„ *Exordia & Progressus omnium fere Religionum.*
„ *Ornamentum, sive de Ornamentis Ecclesiæ S. Crucis.*
„ *Liber de Reliquiis Ecclesiæ S. Crucis.*
„ *Libri III. distincti Chronicæ Monasterii S. Crucis.*
„ *Tractatus de miraculoso Sacramento*, *in æde S.*
„ *Crucis continuis miraculis coruscante.*
„ *Libri seu Tomi alii III. distincti æque de miracu-*
„ *losa Hostia tractantes.*
„ *Initia & Progressus Fraternitatis SSmi Corporis*
„ *Christi in Ecclesia S. Crucis.*
„ *Commentarius rerum tam Episcoporum quam Ca-*
„ *nonicorum cathedralis Ecclesiæ Augustanæ*
„ *præclare gestarum, & in certas centurias di-*
„ *gestarum.*
„ *Origines ac Progressus Ecclesiarum Augustæ.*
„ *Liber Instrumentorum super miraculoso Sacra-*
„ *mento.* Hoc libro sæpissime usus est *Ana-*
„ *stasius* VOCHETIUS in suo *Thaumaturgo eu-*
„ *charistico.*
„ *Brevissima descriptio omnium tam Archi-Episco-*
patuum, *quam Episcopatuum.*
„ *Chronica rerum Augustanarum.*
„ *Chronica alia Augustana.*
„ *Collectio variarum Chronicarum.*
„ *Liber variarum Fundationum.*
„ *Variorum Sermonum seu Concionum Tomi VI.*
distincti.

„ *Liber Sermonum ſynodalium.*
„ *Collectio variarum Orationum, Carminum, nec „ non aliarum rerum notabilium.*
„ *Chronica Epiſcoporum Auguſtenſium, Præpoſi- „ torum Monaſterii S. Crucis.*
„ *Ibidem Imperatorum, aliorum Epiſcoporum, nec „ non aliquorum illuſtrium Virorum Auguſta- „ norum.*
„ *Miſcellaneorum Tomi V.*
„ *Hoſtia ſancta: hoc eſt, octo miraculoſæ Hoſtiæ, „ quorum quædam jam ſunt corruptæ, quædam „ vero adhuc in locis Auguſtani Epiſcopatus in- „ corruptæ, ſumma cum reverentia aſſervantur, „ & a Chriſti Fidelibus pie ac devote coluntur.* „ in 4to

„ Plura adhuc ſcripſit, quæ tempore *Sueci* perie- „ runt; recenſita tamen omnia MSSta aſſervantur „ in Bibliotheca *S. Crucis* Auguſtana. “

Hactenus *Franciſcus* PETRI. Ceterum *Gregorius* noſter inter *Scriptores Ordinis S. Auguſtini* annumeratur etiam in *Elencho onomaſtico Scriptorum Ordinis Canonicorum regularium S. Auguſtini*, a RRmo *Franciſco*, Præpoſito Canoniæ *Pollinganæ* in *ſuperiori Bavaria* ſitæ, in 4to majori, anno 1762. edito. Vide, ſi lubet, ADELUNG *Lexicon.* in 4to.

BAUMGARTNER (*Philippus*)

Juris utriusque Doctor, Patritius *Auguſtanus* (*a*) ſcripſit:

I. *Rechtliches Bedencken, ob ein Creditor, so anno* 1622. *und* 1623. *dem Debitori an hochgeſteigerten oder gar ſchlimmen Münz-Sorten eine Summe vorgeſtreckt,*

(*a*) De gente *Baumgartneriana* vide Perilluſtr. *Pauli a* STETTEN *Geſchichte der adelichen Geſchlechter der H. R. R. Stadt Augſpurg*, p. 195. & *ſeqq.*

ſtreckt, jezo die Bezahlung in gangbarem Valor begehren könne? 4° *Augspurg.* 1624. (*b*).

His quod addam, non habeo, niſi monumentum ſepulchrale, quod ſibi ſuisque vivus poſuit, & quod in Eccleſia cathedrali, in coemeterio tecto (vulgo *die finſtere Gräbt*) *Auguſtæ* extare monuit *Daniel* PRASCHIUS (*c*) ſequentibus verbis perſcriptum:

PHILIPPVS. BAVMGARTNER.
V. I. D.
SIBI. ET. SVIS. OMNIBVS. V. P.
M. MAIO. MDXCIV.

(*b*) Vide LIPENII *Bibliotheca juridica. fol.* item *Chriſtian. Gottlieb.* JOECHER *Gelehrten-Lexicon*, & *Chriſtophori* HENDREICH *Pandectæ Brandenburg. Tom. I. p.* 459.
(*c*) In *Epitaphiis Auguſtanis.* 4to *P. I. pag.* 29.

BEMELIUS (*Georgius*)

BEMELII notitiam debeo curioſæ ſollertiæ *Chriſtophori* HENDREICH, qui de *Noſtro* in ſuis *Pandectis Brandenburgicis*, *Tom. I. p.* 502. meminit, docetque, eum *Juris utriusque Doctorem* & *Civem Auguſtanum* fuiſſe, atque poſt ſe reliquiſſe *vernaculo idiomate* conſcriptum

Tractatum de Teſtamentis. Francofurti ad Mœnum. 1587.

Conſentit *Martin.* LIPENIUS in *Bibliotheca juridica, pag.* 521. *Jo.* CLESSIUS *in unius Sæculi Elencho conſummatiſſimo*, *Tom. II. p.* 179. titulum Libri ſic effert: *Tractatus ad formulam Teſtamenti, das iſt: gründlicher Bericht und vollkommene Beſchreibung, darinn die ganze Materia Teſtamentaria, und was deren anhangt, begriffen, und mit ſatten Rechtsgrün-*

den weitleufftig und notturfftiglichen ausgeführt und erklärt, in folio. *Franckfurt.* 1587.

FREHERUS (*Marquardus*)

Eximium splendorem decusque omnino singulare patriæ urbi, *Augustæ*, contulit *Marquardus* FREHERUS, Vir & excellentis doctrinæ laude, & negotiorum publicorum providentissima administratione multo illustrissimus (*); de quo quum permulta sint, quæ afferam, præsentem tractatiunculam in *tres* partiri *sectiones* juvat. *Prima* Vitam FREHERI dabit. *Secunda* de moribus dotibusque, de doctrina & meritis FREHERI, ejusque amicis differet, exponetque Eruditorum de illo testimonia & censuras. *Tertia* Lucubrationes FREHERI enumerabit.

Sectio I.

Proavus FREHERO fuit *Marquardus* FREHERUS (vernacule FROER vel FREER) Medicus *Augustanus* (*a*); Avus *Hieronymus* FREHERUS Senator *Augusta-*

(*) De Gente *Freheriana* multis nominibus perquam illustri, & quæ teste ipso FREHERO nostro *litteris semper operam dedit, magnamque inde nominis famam adepta est*, videsis *J. H. D.* GOEBELII *Vitam Nostri. p.* 40, præfixam Tractatui *Nostri*, *de Secretis Judiciis olim in Westphalia usitatis*.

(*a*) Hic patre *Marquardo* FREHERO Medicinæ Doctore & Physico *Dinkelspilhlano*, matre *Anna Wolfgangi a* KESSINGEN consiliarii cæsarei & bavarici filia, anno 1460. *Dinkelspühlæ*, imperiali *Sueviæ* civitate, natus: annisque crescentibus idem, quod parens, studiorum genus sectatus, anno 1489. *Perusii* in Italia *Doctoratus* insignia sumpsit, cum jam antea *Artium Magister* renunciatus fuisset. In patriam redux, anno 1491. die 7. Augusti *Dinkelspühlæ* in Physicum est adoptatus. Inde anno 1502,

guſtanus (*b*): Pater vero *Marquardus* FREHERUS J. V. Doctor (*c*). Prodiit autem *Noſter* in hanc lu-

 cem

1502. *Auguſtam Vindelic.* ſe contulit, eodemque anno Phyſicorum albo inſcriptus eſt. Biennio poſt (1504) cum *Eliſabetha*, *Joannis* MANLICHII Patritii *Auguſtani* filia, viduaque *Simonis Pauli* BUGENHOFEN Mercatoris, matrimonii ſeſe fœdere junxit. Anno 1518. ab avita fide deſciſcens *Lutheri* caſtra ſecutus eſt, variosque Acatholicorum libros indiculis auxit; ſive eorundem librorum (ſi BRUCKERO auſcultare mavis) editioni obſtetricatus eſt. Bibliothecam ſuam medicam moriens *Wolfgango* BOSCHIO JCto & Cancellario *Straubingenſi* teſtamento legavit. Annum mortis male indicavit FREHERUS in *Theatr. Erudit.* *p.* 1223. dum ait: *Noſtrum* anno 1460. natum, anno 1535. die 18. Febr. vitæ anno 71. mortuum eſſe; unde vel annus *nativitatis*, vel *mortis*, vel denique *vitæ* in mendo cubare dignoſcitur. Epitaphium *Noſtri*, in templo *Prædicatorum* poſitum, affert *Dan.* PRASCHIUS in *Epitaph. Aug. P. I. p.* 275. ſed quod annum mortis non exhibet, fors vetuſtate eraſum. *Dinkelſpühla* quoque ei mortuale quoddam monumentum ſuſpendit. Vide mox citatum FREHERUM & *Jac.* BRUCKERUM in *Vitis Oeconom*, *p.* 14.

(*b*) Hunc in Dicaſterium urbis *Auguſtanæ* (*Stadt-Gericht*) anno 1548. aſſumptum eſſe, anno autem 1559. ex eodem deceſſiſſe, monet *Dav.* LANGENMANTEL in *Hiſtorie des Regiments von Augſpurg*, in *fol.*

(*c*) Iſte patrem habuit mox laudatum *Hieronymum* FREHERUM, matrem *Magdalenam*, *Andreæ* REMI filiam, quæ eum anno 1542. die 5. Jan. enixa eſt. Duodennis (anno 1554) die 17. Aprilis *Tubingam* ſtudiorum cauſſa deductus & D. *Melch.* VOLMARIO in convictum traditus, itemque privatis ibi *Joann.* DILLBAUMII inſtitutionibus uſus eſt. Elapſo quadriennio (1558) *Genevam Allobrogum*, ſubin & *Bononiam* petiit; in qua Univerſitate *Juris Doctor*, anno 1563. die 17. Febr. eſt proclamatus. Poſthæc reviſis patriis laribus anno 1564. (Si FREHERO in *Theatr. Erud.* credimus: *Schellenberger* in *Hochzeit-Regiſter MSSto* ponit annum 1563.) die 24. Maji cum *Felicitate*, *Antonii* MENHARTI filia nuptias celebravit, mox

anno

cem anno reparatæ per Chriſtum ſalutis MDLXV.
die

anno 1566. *Cameræ Spirenſis Advocatus* deſignatus. Anno 1572. *Auguſtam* evocatus, ut *Scribæ judicialis* & *Referendarii* partes ageret, ea vocatione repudiata, paulo poſt *Onolsbacum* ſe conferens, *Georg. Friderici* Marchionis *Brandenburgici* Conſiliarius & Advocatus eſt conſtitutus. Inde cum peſte graſſante anno 1575. *Norimbergam* veniſſet, in ejus *Reipublicæ Conſiliarium* & *Judicii Advocatum* eſt aſſumptus: qua de re anno 1576. *Auguſtam* profectus, jus civitatis abdicavit. Fuit inſuper *Noſter* in ſervitio *Johann. Caſimiri* Comitis *Palatini*, a quo Nobilitatis privilegio donatus, ſed brevi poſt calumniis oppreſſus, officio ſuo deceſſit. Vixit ſubin cum ſuis *Ambergæ*, donec priſtino muneri in civitate *Norimbergenſi* anno 1592. redditus eſt. Eo ſtrenue fungens anno 1595. die 29. Junii cum D. *Georg.* VOLCAMERO ad Comitia *Spirenſia* legatus ivit. Diem ſupremam clauſit *Norimbergæ* anno 1601. Vir *de jure ſtatutario Norimbergenſi* optime meritus, *in* cujus Reipublicæ *Reformationis articulos* plura reliquit *manuſcripta*, de quibus videri poterit *G. A.* WILL in *Biblioth. Norica*, *n.* 969. 970. Conſule (ſi lubet) ejusdem WILLII *Nürnberg. Gelehrten - Lexicon*, & FREHERI *Theatr. Erudit. p.* 954. Una *Noſtri* Epiſtola ad *Conr.* RITTERSHUSIUM extat in fine *Tractatus de ſecretis Judiciis in Weſtphalia uſitatis &c.* a *J. H. D.* GOEBELIO iterum editi, *p.* 213. Epitaphium *Noſtri*, concivia ſui, *Georg.* REMUS *Dan.* PRASCHIO tranſmiſit, ab hoc *Epitaph. Auguſtan. P. II. p.* 2. inſertum:

Domino, Vitæ. Sacr.
Marquardo. Frehero
Hieron. F. Marqu. Nepoti. Marqu. Pronep.
Patricio Aug. Vind. V. J. Doct.
Inſigni. pietate. ſolida. Juris. prudentia
Fide. ac Promptitudine. Conſiliorum
Rerumque. uſu. clariſſ.
Illuſtriſſ. Principp.
Palat. & Brandeb.
tum
inclutæ. Reip. Norimberg.

Con-

die 26. Julii (*d*). Eum annis crescentibus in Schola patria ad *D. Annam*, quae tum *Hieronymo* WOLFIO, *Georgio* HENISCHIO, *Simone* FABRICIO (*e*)

A 5 gloria-

Consiliario
Bene. de. queis. potuit. merito
uxor
Felicitas. Menharta. Augustana
Nati. Nataeque. superstites
Marito. Patrique. optimo
Moestiss. P. C.
Vixit. Annos LX.
Pie. obiit. XIII. kl. Quintil.
Anno. Gratiae. CIↃ. IↃ. CI.

Haec de Patre *Nostri* sufficiant, quibus nonnulla de *Nostri* Fratre, *Paulo*, subdenda sunt. Hic, *Paulus* (alius a *Paulo* FREHERO conditore *Theatri Eruditorum*) anno 1571. in die *S. Wolfgangi Augustae* natus, positis *Ambergae* primis litterarum fundamentis, anno 1586. *Heidelbergam* juris discundi caussa abiit. Posthaec, *Bononiae* & *Paduae* strenua studiis navata opera, *Heidelbergam* reversus anno 1595. mense Decembri doctorea insignia sumpsit. Insequenti anno *Norimbergae* in *Advocatum* assumptus, transactis cum laude in eo officio 30. annis, vitam finiit anno 1625. die 11. Februarii. V. *Georg. Andr.* WILL *Nürnbergisch. Gelehrten - Lexicon.*

(*d*) V. ADAMI *Vitas JCtorum p.* 216. *Freheri Theatrum Erudit.* p. 1002. & *alios*. Errat autem FREHERUS, dicens: *Nostrum* ex gente patritia ortum fuisse. Non ex gente is patritia, sed duntaxat patritiis proxima (vulgo *Mehrere Gesellschaft*) originem duxit, uti diserte monet *Paul.* a STETTEN *senior* in *Historie von Augspurg*, *T. I. p.* 810. Hinc *Paulus* a STETTEN *junior* in *Historie der adelichen Geschlechter von Augspurg*, FREHEROS ne nominat quidem. Nec obstat, *Nostrum* in *Epitaphio* inferius allegando *Patritium Augustanum* appellari. Videlicet subintelligendum est: *secundi*, seu *inferioris* ordinis. Toto autem caelo errat CLARMUNDUS, dum *Nostrum* patriam habuisse *Argentoratum* scribit.

(*e*) De *Hieronymo* WOLFIO, & *Georg.* HENISCHIO alibi

gloriabatur, prima litterarum fundamenta jecisse,

non

bi dicendi occasio erit. De *Simone* FABRICIO autem hoc loco agere juvat. Primam is lucem *Marco - Biperti* (*Marckpreit*) *Franconiæ* urbe, anno 1533. aspexit, natus patre *Gabriele*, Cellario & Præfecto *Herbipolensi*, matre *Dorothea* BUTTNERIA a *Lauboldsedel*, quæ filiorum quatuor mater, hunc ultimo loco peperit. Cum a teneris unguiculis haud obscura præclari ingenii documenta dedisset, in vicinam scholam *Winsheimensem*, humaniorum litterarum elementis imbutum missus, eos progressus fecit, ut nondum annos 20. habens idoneus habitus fuerit, qui in Academiam quandam, studiorum prosequendorum ergo, ablegaretur. Patre vero jam mortuo, matre autem non habente, unde sumptus necessarios suppeditaret, patruus *Laurentius* FABRICIUS, cænobii *Schwarzachensis* Secretarius, *Nostri* propositum secundaturus effecit, ut in mox memoratum monasterium susciperetur. At is, delusis patrui curis, & cucullo anno 1550. exuto *Wittebergam*, oppidum *Saxoniæ*, sese contulit, ubi *Philippum* MELANCHTONEM & *Georg.* CRACOVIUM Jurisconsultum græcæque linguæ Professorem audivit. Posthæc, aliis etiam Academiis visitatis, anno 1560. *Augustam* deveniens, ita sese *Hieronymo* WOLFIO, & hujus interventu *Scholarchis* probavit, ut anno insequenti in Gymnasio *Annæano* proximam a *Primario* classem regendam acceperit. Præfuit ei muneri usque in annum 1571. quo, *Matthia* SCHENCKIO e vivis sublato, ipsam *Primarii* dignitatem obtinuit, itaque tuitus est, ut plurimam inde a suis laudem retulerit; donec tandem ob ingravescentem ætatem eadem anno 1593. die 26. Junii: pauloque post scilicet die 15. Julii dicti anni, etiam vita decessit. Ex conjuge *Catharina* MAYERIA duodecim liberos suscepit, quos inter honoris caussa nominare convenit *Joann. Bapt.* FABRICIUM Jurisconsultum, Rudolphi II. Cæsaris Consiliarium & Advocatum aulicum *Viennæ* (de quo videri poterit FREHERUS in *Theatro Erudit. p.* 992) ; & *Hieronymum* FABRICIUM Medicinæ Doctorem (de quo idem FREHERUS *p.* 1362. videndus, itemque *J. A.* FABRICIUS in *Centur. duab. Fabriciorum Scriptis clarorum*) variorum Dynastarum, demum etiam *Christiani*, Marchionis *Brandenburgi-*

burgi-

non tam probat, quam supponit *Jac.* BRUCKERUS,
&,

burgici, Archiatrum; a quo excusa habetur Disputatio habita, cum Doctoris insignia petiit, hoc titulo: *Theses de Mania, quas præside divina Triade, decreto jussuque Ampl. & Clar. Asclepiadæi, in florentissima ac celeberrima Basileensium Academia, gratia laureæ Apollineæ doctoralis &c. proponit Hieronymus* FABRICIUS *August. Vindel. Basileæ.* 1595. Hæc de filiis *Simonis* nostri satis sunto. Epitaphium honorarium *Simoni* FABRICIO, de quo maxime sermo est, *præceptori quondam suo*, ab *Elia* EHINGERO positum exhibet *Daniel* PRASCHIUS in *Epitaph. August. P. I. p.* 200. his verbis perscriptum:

Epitaphium honorarium
Clarissimo, Præstantissimoque
Viro
D. Simoni Fabricio, Franco,
Scholæ Augustanæ ad D. Annæ
Primario
Præceptori quondam suo
Erexit Elias Ehinger Augustanus.

„ Quæris *Fabricius* quo cessit? mens in Olympo est;
„ Sanguis apud Francos; Suevia corpus habet
„ Sic nihil amissum est *Simonis*: viva supersunt
„ Omnia, & ille omni ex parte superstes adhuc.
„ Discrimen tamen est: terras tantum ante colebat;
„ Nunc colit *Augustam*, nunc colit ille polum.
„ Vixit, docuit ann. 23. obiit MDVIIC. 15. Julii. "

Meminerunt de *Nostro Paul.* FREHERUS in *Theatro Erudit. p.* 1487. sed multoties mendose. *J. A.* FABRICIUS in *Centuriis duab. Fabriciorum Scriptis clarorum. Jac.* BRUCKERUS in *Ehrentempel der deutschen Gelehrsamkeit. p.* 68. 106. *Philipp. Jac.* CROPHIUS in *Historie des Gymnasium zu St. Anna in Augspurg*, p. 100. 165. ubi FREHERI sphalmata corrigit, insuperque fatetur, sibi de nulla Lucubratione, a *Simone* edita, constare. Ego tamen diligenti inquisitione sequentes repperi. I. *Diversæ Lectiones in* DEMOSTHENIS *Orationes ex Augustanæ Reipublicæ Bibliotheca Codice vetustissimo, industria M. Simonis* FABRICII *Marco-bipertani Franci diligenter observatæ. Scholia ex antiquissi-*

&, qui hunc sequi minime dubitavit, longe erudi-*quissimo Codice Augustanæ Reipublicæ in aliquot* DEMOSTHENIS *Orationes a M. Simone* FABRICIO .. *diligenter descripta*. Duplex hæc *Nostri* Lucubratio tanti visa est *Hieronymo* WOLFIO Viro doctissimo, ut eam ad calcem DEMOSTHENIS, quartum a se anno 1572. *Basileæ* editi, apponendam duxerit, præmissa duplici Admonitione ad *Eusebium* EPISCOPIUM, in qua *Nostrum* modo *Compatrem & Collegam*, *Virum humanissimum*, *græce latineque doctissimum*, modo *Virum egregie doctum & honestum*, *scholæ magistrum diligentissimum* vocat, & *ab ingenii acumine atque in græcis litteris judicio & exercitatione* commendare nequaquam negligit. Habetur ibidem etiam *Epistola Nostri* ad *Hieron.* WOLFIUM de his iisdem *Lectionibus*, & *Scholiis*. Laudare hanc *Nostri* Lucubrationem non omisit *Christ. Gottl.* JOECHER in *gelehrten Lexicon*. 4to. II. *C. Cornelii* TACITI *De moribus & populis Germanorum Liber, integris non modo & eruditis Commentariis Andreæ* ALTHAMERI *Brentii expositus & illustratus*, *sed luculentis etiam ac memorabilibus doctrina clarorum Virorum monumentis & observationibus auctus & locupletatus: Opera Simonis* FABRICII *editus. Augustæ Vindel. Ex Officina libraria Michaelis Mangeri*. in 8vo 1580. In Dedicatione, qua Opus *Ulrico* FUGGERO consecrat, hæc *Noster* habet: *Operam vero qualemcunque in hoc Scripto reconcinnando, emendando & utilissimis commentariis, notisque singularibus augendo & illustrando a me navatam, nec tam voluntate mea, quam consilio & sententia excellentium virtute, dignitate & doctrina Virorum susceptam, optimam in partem a lectoribus accipi velim*.... Dedicationem sequuntur *Versus Hieronymi* WOLFII tum de Libro ipso; tum ad *Nostrum sequens Distichon*:

Quod tua sedulitas nobis hæc munera donat,
Dignus es eximio munere, docte Simon!

item *Epigramma Joann.* MAJORIS *Augustani ad Lectorem. C. C.* TACITUM *commentariis* ALTHAMERI interstinctum excipiunt *Commentarii & Annotationes doctissimæ in C. Corn.* TACITI *Germaniam*; *Philippi* MELANCHTONIS, *Casp.* PEUCERI, *Henr.* GLAREANI, *Bilibaldi* BIRCAMERI: *cum duobus Libellis*, *quorum uno vocabula Germanica nominum propriorum*, *altero appellationes Cimbricæ explicantur*, *Viris doctissimis auctoribus*, *&c. &c.* Confer, si lubet, *J. A.* FABRICII *Biblioth. latin.* & *Catalogum Biblioth. Bunavianæ*.

tiſſimus *Jo. Henric. David* GOEBELIUS (*f*). Certe pater *Noſtri* jam anno 1566. *Cameræ Spirenſis Advocatus* renunciatus, eo ſeceſſit, &, licet anno 1572. *Auguſtam* revocatus ſit, *Scribæ judicialis* ac *Referendarii* functurus munere ; tamen ea vocatione repudiata *Onolsbacum* divertit, usquedum anno 1575. *Norimbergenſis* Reipublicæ *Conſiliarius* & *Judicii Advocatus* creatus eſt : adeo ut, poſtquam ſemel *Auguſtanos* lares reliquerat, eos haud amplius reviſiſſe videatur. Utcunque iſta ſeſe habeant, illud in confeſſo eſt, *Noſtrum* anno ætatis duodecimo *Altdorfii* ſtudiis vacaviſſe (*g*), & poſtea in

(*f*) In *Vita Noſtri*, quam addidit noviter a ſe edito Tractatui *Noſtri*, *de ſecretis Judiciis* &c. *p.* 45. Quod ſi horum opinionem adoptare velimus, ſequeretur, *Noſtrum* curæ alicujus ex Propinquis, patre abſente, traditum fuiſſe. Sed in coutrarium monet FREHERUS in *Theatr. Erudit. p.* 1002. cum aliis pluribus, *Norimbergæ* educatum fuiſſe *Noſtrum*. Iſtud in errorem induxit, *Nicol. Hieron.* GUNDLINGIUM, ut *Noſtrum* omnino patria *Norimbergenſem* fecerit in *Hiſtorie der Gelehrtheit*, *p.* 3913. etſi illum prius (*p.* 444.) *Auguſtanum* dixerit. Idem GUNDLINGIUS *p.* 3913. addit : *Noſtrum* poſtea *Calvini* dogmata amplexum, ſicque aſſecutum eſſe, ut in aula *Heidelbergenſi* innoteſceret. Cæterum plurimum ſe *Norimbergenſi* Reipublicæ debere, gratus agnovit in Dedicatione ad *T. II. Scriptorum* ſuorum *Germanicorum*, his verbis : *Quæ alia Reſpublica occurrebat, tantum de patre meo meisque omnibus merita ? Plane ut ſi a patre, patria dicenda eſt, pro altera patria illam nos habere libenter, merito profiteamur, in qua tot annos honeſtiſſima functione ornatus & in dignatione habitus vir optimus ætatem tranquillam exegit, vitamque finiit. Quem affectum nuper ipſa magis etiam fovit & excitavit, cum ab illius funere me apud vos hoſpitem nullo non honoris & benevolentiæ genere prolixe acciperetis.*

(*g*) Id perapte probat *J. H. D.* GOEBELIUS in *Vita Noſtri* adverſus ADAMUM, FREHERUM, BRUCKERUM, & reliquos aliud tradentes.

in ea *Academia* anno 1581. die 13. Septembris *de Transactionibus* publice ex cathedra juridica disputasse, opponente *Huldarico* EDONE Theologo, tum Academiæ Rectore (*h*). Inde a parente optimo in *Gallias* missus ita sese *Jurisprudentiæ* studio impendit, ut anno 1585. mense Majo, ætatis autem vicesimo, si GOEBELIO (*i*) fidem adhibere placet, a *Jacobo* CUJACIO (*k*) *Doctor utriusque Juris* in Universitate *Bituricensi* proclamari meruit. Quibus rebus dignum se fecit, ut ei SCULTETUS in *Theatr. juvent. erudit. Sc. I. p.* 23. locum inter *præcoces Eruditos* omnino deberi judicarit.

Ita-

(*h*) Ita docet FREHERUS in *Theatr. Erudit.* & reliqui.

(*i*) ADAMUS *l. c.* ait: *Nostrum* anno ætatis 18. *Licentiatum Juris*, *Biturici*, creatum fuisse; quin addat annum Christi. FREHERUS, ADAMO oscitantior, mox adjicit, id anno *Christi* 1585. factum esse; sed hoc posito fuisset *Noster* annorum 20. GOEBELIUS tradit, *Nostrum* anno ætatis 20. *Doctorem Juris* (non *Licentiatum*) renunciatum fuisse. Fors hæc ita componi inter se possent, ut *Nostrum* anno ætatis 18. *Licentiatus*, anno dein 20. *Doctoratus* honorem sumpsisse dicamus. BRUCKERUS falso posuit annum 1591. Majorem attentionem meretur *D.* BUTTINGHAUSEN in *Beyträge zur Pfälzischen Geschichte, Vol. II. p.* 210, qui ex *Actis Academ. Heidelbergens.* probare nititur, *Nostrum* primum anno 1596. *Doctoratus* insignia cepisse; sed non addit, in qua istud Academia gestum sit. CLARMUNDUS in *Lebens-Beschreibung der Gelehrten, P. II. p.* 19. affirmans, *Nostrum Parisiis* Doctorem creatum esse, omnino respuendus est.

(*k*) CUJACIUM sæpius postea a *Nostro*, modeste tamen admodum & *magna cum reverentia*, refutatum fuisse, monet *Nic.Hier.* GUNDLING in *Historie der Gelehrtheit. p.*3913. Turpiter autem errat mox citatus GUNDLINGIUS, dum ait: Et *Hugonem* DONELLUM ac *Franciscum* DUARENUM a Nostro in *Galliis* auditos esse. DONELLUS namque vitæ suæ metuens jam anno 1572. *Biturico*, *Galliisque*: DUARENUS autem jam anno 1559. etiam e vivis excesserat.

Itaque *Noster*, cum, *ex singulari ingenii felicitate*, *animum variarum linguarum* & has inter etiam *Græcæ*, *solidæ eruditionis*, *veræque jurisprudentiæ* cognitione *proluisset*, reversus in *Germaniam*, juvenis adhuc, raro exemplo, necdum annum ætatis vicesimum tertium egressus, anno Christi 1588. (*) a *Joanne* CASIMIRO, qui *Palatinatum* pro *Friderico IIII.* patruele suo, nondum adulto, tum regebat, in *Consiliariorum* album relatus est. Vacat omni dubio, hunc honoris gradum eo acceptiorem fuisse FREHERO, quod inde occasionem nactus fuerit, Virorum celeberrimorum erudito contubernio fruendi, puta *Jo.* LEUNCLAVII, *Frid.* SYLBURGII, *Hieronymi* COMMELINI, *Abrah.* COLBINGERI, *Jo.* POSTHII, *Jani* GRUTERI, *Scipionis* GENTILIS (*l*), *Jo.* OBSOPOEI, *Pauli* MELISSI & *Jani* DOUSAE junioris, quorum tres posteriores interlocutores postea introduxit in Dialogo, cui *Pomponius* nomen (*m*). Brevi autem tempore post, quam *Noster* Consiliarios Palatinos inter adscriptus fuerat, opportuna ei oblata occasio est, ostendendi palam, quam studioso devotoque in domum *Palatinam* animo esset. Cum anno 1592. *Joannes Casimirus* rebus humanis ereptus esset, *Fridericus IV.* qui nondum duodevigesimum expleverat annum, ipse ad *Palatinatus* gubernacula accessit. Contra *Richardus*, Comes Palatinus *Simmerensis* in defuncti locum succedere nitebatur; sed, quod is *Lutheri* doctri-

(*) Ita ipse testatur, dum in *Dedicatione* ad *Origines Palatinas*, data 1598. ait: se *per duo lustra* operam domui *Palatinæ* navasse.

(*l*) Hunc, mortuo *Hugone* DONELLO, præstantissimum *Europæ* Jureconsultum fuisse, pertendit *N. H.* GUNDLING, *l. c. p.* 4537.

(*m*) V. ADAMUM, FREHERUM, GOEBELIUM, *ll. cc.*

doctrinam sequeretur, quam *Joannes Casimirus* cum *Calvini* dogmatibus commutaverat, regionis Ordines illum sumpta potestate exuerunt. In eam igitur rem FREHERUS duas *Orationes*, postea impressas, *Heidelbergæ* publice recitavit, in quibus junioris Electoris jus defendit, eidemque *propriam gubernationem asseruit.*

Accidit posthæc, ut *Julius* PACIUS, *Codicis* in Academia *Heidelbergensi* interpres, officio se suo abdicaret. Huic, satagente ultro Senatu academico, successor datus *Noster*, id muneris anno 1596. 10. Calend. Maii auspicatus est, habita solenni Oratione: *De Constitutionum imperialium, inter cæteras Juris civilis partes, excellentia* (*n*). Sed doctos *Nostri* labores exorta brevi post lues contagiosa interturbavit. Ergo is, saluti suæ consulens, *Coloniam Agrippinam* divertit, unde, sublato morbi contagio reversus, pristinum officium habito *votivo Sermone* (V. inferius in *Catalogo Operum, no* 14.) rursus sumpsit, & ei usque in annum 1598. (*o*) gnaviter insudavit.

Fuit hic maxime annus, quo *Noster*, abdicata (*) *Codicis* explanandi functione, ob eximiam in

(*n*) ADAMUS, FREHERUS. & *J. Henr. Dav.* GOEBELIUS, *ll. cc.* BUTTINGHAUSEN in *Beyträgen zur Pfälzischen Geschichte, Vol. II. p.* 210.

(*o*) Ita mox citatorum Auctorum trias docet. Vide etiam BURMANNI *Syllogen Epistol. T.* 1. *p.* 64. FREHERUS noster in ea urbe, quam & ipsam pestifer morbus haud intactam reliquerat, se *mirabiliter cum suis servatum, reductumque ad charos penates* profitetur in *Oratione* solenni habita, quando, *Heidelbergam* redux, officium suum denuo orsus est, multas inde profusasque Deo sospitatori gratias agens.

(*) BUTTINGHAUSEN *l. c.* monet, *Nostrum* anno 1597. die 23. Novembr. docendi munus reliquisse.

in *Jure publico* & *Historia Germaniæ*, qua valebat, doctrinam a *Friderico IV.* Comite *Palatino* &c. gravioribus, immo gravissimis negotiis administrandis adhiberi coepit, in quibus omnibus singulari rerum gerendarum dexteritate eidem Principi mire sese probavit. Itaque anno 1600. *Heilbronnam* Legatus abiit, ut ibi nonnullas *Ordinem Teutonicum* inter & Principem suum obortas controversias componeret. Biennio post (anno 1602.) *Varsoviam*, percelebrem *Poloniæ* urbem, profectus est, caussam Electoris *Brandenburgici de Tutela Porussiaca* coram Rege regnique Ordinibus acturus : quo in negotio *singularem dexteritatis & fidei adeptus est famam, totoque itinere ita sese bonis doctisque omnibus acceptum reddidit, ut gratam sui memoriam apud eos reliquerit.* In eo ipso itinere, *Pragam* transiens, aulæ cæsareæ per id tempus illic commoranti innotuit, & COSMAE *Pragensis Chronicam*, ac *Vitam S. Adalberti Episc. Pragens.* manuscripta nactus est, quas postea *Hanoviæ* excusas publici juris fecit. Anno 1605. *Lupodunum* ad Episcopum *Wormatiensem* tetendit, ut nomine Principis sui investituram arcis & oppidi *Heidelbergensis* ab eodem acciperet. Elapso triennio (anno 1608.) *Aschaffenburgi* ex voluntate Principis sui Archiepiscopum *Moguntinum* convenit, ejusdemque anni sub exitum spatio totius bimestris peregrinatus, universa propemodum *Suevia* visitata, tandem in vigilia Nativitatis dominicæ domi appulit, rebus utrinque gestis. Vix bene charos salutaverat penates, cum mox insequentis anni primordiis (1609.) monetalibus Comitiis *Wormatiensibus*, a die 12. Februarii usque in diem 23. ejusdem mensis celebratis, inter-

intereſſe juſſus eſt (*p*). Hujusmodi autem Comitiis monetalibus jam antea ſe interfuiſſe, ipſe prodidit in *Dedicatione* adLibros *de Re monetaria*, anno 1605. data. Iſtis Legationibus omnibus addenda eſt & alia, quam *Noſter* in aula Electoris & Archiepiſcopi *Colonienſis* obiit, uti tradunt ADAMUS in *Vit. JCtorum* & FREHERUS in *Theatr. Erudit.* quin tamen illius cauſſam exponant. Interim Elector *Fridericus IV.* diem ſuum obit, vivorum e numero ſublatus anno 1610. nona Septembris, filiis *Tutorem* teſtamento relinquens *Joannem II.* Ducem *Bipontinum.* Hujus juſſu anno 1611. *Noſter* ad Epiſcopum *Spirenſem* ivit, ut ei jus Electoris accuratius exponeret; ſicut & ſubſequenti anno (1612.) eodem Duce mandante, cum *Guilielmo* Comite *de Sayn & Witgenſtayn*, ac *Georg. Friderico* PASTORIO *Aquisgranum* ſe contulit, lites inter Magiſtratum, qui tum temporis partim ex catholicis partim acatholicis conſtabat, ſedaturus (*q*).

Quemadmodum autem FREHERUS domui Palatinæ, *Joanni Caſimiro* & *Friderico IV.* addictiſſimum ſeſe multis modis oſtendit; ita peculiarem ſuorum erga ſe Principum benevolentiam favoremque & promeritus eſt, & reipſa cumulatiſſime expertus. Sic *Joannes Caſimirus* ei Satrapiam in ſuperiori *Palatinatu* gratioſe obtulit; quam tamen ſe recuſaſſe, ipſe FREHERUS teſtatus eſt in Epiſtola anno 1606. ad GOLDASTUM data. Sic anno 1606. *Fridericus IV.* eum *Hiſtoriographum Palatinum* renunciavit, addito honeſto ſtipendio: Sic etiam *Vicarium Præſidis Curiæ* conſtituit: Sic denique feu-do

(*p*) *Jo. Henr. Dav.* GOEBELIUS *l. c.* ADAMUS & FREHERUS, *ll. cc.*

(*q*) Mox citatus GOEBELIUS.

do in pago *Lustad*, ab extincta equestri familia *de Zeiskeim* recepto, ipsum filiosque ejus munifice donavit, hominesque suos esse voluit; quem postea locum *Noster* suam *Tpersipolim* appellare consuevit (*r*). Huic feudo aliud insuper Princeps idem, erga *Nostrum* munificentissimus, *Clingenmünster* vocatum addidit; uti ex TOLNERO GOEBELIUS saepius a me citatus monet. Tantis benevolentiae testificationibus incitatus *Noster*, etiam manes *Joann. Casimiri* & *Friderici* assueta reverentia prosequendos sibi, & quam vivis exhibuerat, devotissimam voluntatem mortuis quoque impendendam esse judicavit. Ea de re *Joann.* CASIMIRI, anno 1592. vivis erepti, obitum pulchro epicedio, quod inter alia ejus *Carmina* repperitur, planxit. Ea ipsa de re, cum *Fridericus IV*. moriens, praeterito Agnato proximo *Philippo Ludovico* Duce *Neoburgensi*, Tutorem principibus filiis suis *Joannem II.* Ducem *Bipontinum* supremis voluntatis suae tabulis dedisset, novaque inde *de Tutela legitima & testamentaria* Palatinos Electorales inter & Neoburgicos controversia suborta esset, ultimam Electoris demortui voluntatem, juncta cum *Dionysio* GOTHOFREDO Jurisconsulto maximo opera, impigerrime defendit: quae ipsa caussa FREHERUM nostrum primo cum *Neoburgicis*, dein etiam cum *Christophoro* GEWOLDO J. V. D. Consiliario & Archivario *Bavarico*

(*r*) ADAMUS, FREHERUS, GOEBELIUS, *ll. cc.* GUNDLINGIUS in *Historie der Gelehrtheit*, *p.* 3916. hujus donationis caussam assignat scriptum a *Nostro* Tractatum *de Tutela electorali Palatina*; sed cum hic Tractatus primum anno 1611. jam fatis functo *Friderico IV.* prodierit, memoratae donationis caussa esse haud potuit; sed enim alia servitia domui *Palatinae* praestita.

rico acriter admodum collisit, uti inferius dicetur (*s*).

Efficere autem hæc ipsa publica negotia nullo modo potuerunt, ut Noster institutum studiorum cursum, præcipue in contexenda nov-antiqua Germaniæ historia, intermitteret: aut ea meditari ac commentari desineret, quæ duntaxat ab homine otiosissimo, & qui plane sui juris esset, proficisci posse viderentur. Hac ratione dum FREHERUS Rei *publicæ*, dum Rei *litterariæ* satagendo immortalitatem sibi parat, mortalitate interceptus, nondum absoluto *quadragesimo nono* ætatis anno, vitam finit *Heidelbergæ*, in *Pliniano* suo, anno post partum Virginis MDCXIV. die XIII. Maji (*t*). Corpus, honorifico elatum funere, in templo *D. Petri* sepulturam invenit, ad concionem dicente laudesque defuncti celebrante *Joanne Philippo* MYLAEO, cujus *Oratio* extat, vernaculo impressa sermone. Mortem ejus passim Viri præstantissimi doluerunt, & exsequialibus honestarunt carminibus, quæ inter eminet Epicedium a *Jano* GRUTERO editum (*u*), qui paganæ antiquitatis Deos Deasque omnes in partem luctus invocans, vix satis verborum invenire potuit, quibus Nostri obitum plangeret (*x*).

Memo-

(*s*) GOEBELIUS *l. c. p.* 52. ubi hæc fuse exsequitur.

(*t*) ADAMUS *l. c.* & alii cum GOEBELIO, *l. c. p.* 56. 57.

(*u*) Exhibet illud mox memoratus ADAMUS, quem adeas rogo, aut etiam FREHERUM. Ego illud repetendum haud censui; quod in alterutro horum Scriptorum facile inveniri queat.

(*x*) Observatum fuit Viris eruditis, duobus hoc anno longe splendidissimis ornamentis, & quibusdam veluti doctrinæ syderibus illustrissimis orbatam fuisse urbem patriam *Augustam Vindelicam*: FREHERO nimirum, de quo sermo nobis est: & *Marco* VELSERO Duumviro, de quo in

Memoriam concivis fui immortalitati confecraturus *Georgius* REMUS (*y*) *Marquardo* noftro *Epitaphium* fcripfit, quod hæredes æri incifum proftare omnibus voluerunt (*z*). Eft autem fequens:

CHRISTO SOSPITATORI S.
V. INL.
MARQUARDO. FREHERO
PATR. AVG. VIND.
IC. CL.
PALAT. QVATVOR COMITIB. VII VIRIS
A CONSIL.
ET DICASTERI ELECT. PROIVDICI MERITIS.
QVI CVM NON SOLVM HAVT PAVCA
INGENI DIVINI MONVMENTA
EDIDISET.
HISTORIAE CVM PRIMIS GERMAN. SCRIBTORES
LVCI RESTITVTOS INLVSTRASET

In *Alphabeto II. Bibliothecæ Auguftanæ* prolixius egi. Hinc *Georg.* REMUS ad *Jo.* MEURSIUM dolens fcripfit: *Poftquam* 3. *Maii ad beatas conceffit fedes Marq.* FREHERUS, *cauffa optimus Patronus teftamentariæ tutelæ Electoris fui; en.. fequitur Idib. Junii Marcus nofter* VELSERUS.. *Urbs hinc Vindelicorum Augufta duo amifit lumina; Res autem litteraria totidem columina....* V. *Nova Librorum rariorum Collectio.* in 8° 1709. *p.* 561.

(*y*) De REMI vita fcriptisque fufe tractavi in *Alphabeto I. Bibliothecæ Auguftanæ.*

(*z*) De hoc Epitaphio REMUS ad *Dan.* PRASCHIUM Editorem *Epitaphiorum Auguftanorum*, *P. III.* fequentia fcribit: *Per me non ftetit, quo minus maturius acciperes Epitaphium Marq.* FREHERI... *Habes ex ipfo ære defcriptum exemplum. Confeci ante decennium, & morem Pandectarum Florentinarum obfervavi, ubi S magnum pro duobus poni folet,* INL. pro ILLVSTR. *&c... Norimbergæ,* 1624.

VERVM ETIAM TOTOS XXVI ANNOS
PRINCIPP. SVIS
GNAVAM NAVASET OPERAM
LEGATIONES AD EXTEROS
SINGVLARI FACVNDIAE LAVDE. OBISET.
DENIQ.
MAGNOS MAGNA ANIMI DEXTERITATE
PRO REPVB. EXANCLASET LABORES
EHEV !
IMMATVRE VITA DEFVNGENS
INGENSQ. SVI DESIDERIVM RELINQVENS
III. EID. MAI. AN. SAL. CIↃ IↃC XIV
AD CAELITES MIGRAVIT
PATRI KARIS. LIBERI MOESTIS. H. M. POS.
VIXIT AN. XLVIII. MENS. IX. DIES XVII.

Injecta Liberorum memoria postulare videtur, ut de *Nostri* uxoribus pauca dicam. Habuit ille duas : primam *Catharinam*, filiam *Joannis* WEYERI Medici *Trevirensis* & *Juliaci* ; quam ex febre ardenti anno 1598. amisit,nulla ex ea sobole (quantum quidem scimus) auctus : alteram *Margaretham*, filiam *Joannis* BOCK *a Gutmansdorf*, Mareschalli *Joannis Casimiri*, & Administratoris *Friderici IV*. Electoris. Ex hac suscepit *Noster* duos filios *Fridericum*, & *Mauritium*, quos moriens reliquit optimæ spei adolescentes, postea demortuos : filiam *Loysam Christinam*, quæ *Justino* HERDESIANO JCto & Consiliario *Norico* celeberrimo nupsit. Duas alias filias reliquisse *Nostrum*, fors postea fato raptas, tradit (vide *Nova librorum rariorum collectio*, *p*. 562.) *Georg*. REMUS mox a me citatus. Postremum autem FREHERI connubium discoli uxoris mores male faustum reddiderunt ; unde

de is, æs alienum contrahere coactus, præ mærore vitam finiisse dicitur (*a*).

Vidisti, Lector benevole! qualis vitæ cursus *Marquardo* nostro fuerit. Videamus modo de *Moribus Dotibus*que, de *Doctrina* & *Meritis* ejus in Rempublicam litterariam, itemque de *Amicis*. Denique Virorum eruditorum de eo *Testimonia* expendamus.

Sectio II.

De *Moribus Dotibusque*. Fuit *Noster* quam humanissimus, prudens, mire comis, omnium horarum homo. Fuit jucundus, amabilis, gratissimi facilisque convictus, facetus & innocuis salibus condiens sermones, adeo ut a *Jano* GRUTERO *adamas mentis bonæ*, *corculumque comitatis* appellari meruerit. Fuit præterea a fastu & arrogantia alienissimus, non sibi præfidens, aut altius efferens se, sed ingenitæ mortalibus cunctis conscius infirmitatis; quam etiam palam profiteri non erubuit, dum de se in hæc verba alicubi scripsit: *Hoc credant etiam iniqui & invidi;*

Sum memor ipse mei, atque satis mea frivola novi(*b*).

Hinc nullo modo audiendum esse GOLDASTUM dicentem: *Jam a biennio pessime audire cœpit* (Freherus) *propter levitatem & vanitatem, vitia propria illis, qui bona sua lurcati sunt & abligurierunt*, monet *J. H. D.* GOEBELIUS in *Vita Nostri*, p. 57.

 Fuit

(*a*) FREHERUS & GOEBELIUS *ll. cc.* qui posterior pluribus ista narrat: quæ ego, utpote ad institutum meum minus facientia, silentio prætereunda duco. Primis *Nostri* nuptiis pulchro Epithalamio accinuit *Paul.* MELISSUS: & alii plures, quorum *Carmina* in nuptias *Nostri* possedit *I. C.* WOLFIUS in *Suppellectili litter. & epist.* p. 276.

(*b*) ADAMUS, FREHERUS, GOEBELIUS, *ll. cc.*

Fuit dein *Noster* (ut FREHERI verbis utar) *vir doctus, ingenio & judicio subtili, idque in corpore obesiore, rariori exemplo.* Fuit, testante BRUCKERO, *diligentia quadam infatigabili & mira laboris assiduitate, qua factum est, ut in vita sua, licet breviori, tot tantaque legerit, tot tantaque conscripserit, tot tantaque in re maxime historica præstiterit.*

Jam quid de *Doctrina* ejus dicam ? *Politioris litteraturæ* adjumentis probe instructum, Musisque & Charitibus amicissimum fuisse FREHERUM, satis declarant ejus *Carmina* & *Versuum* optimorum centuriæ aliquot, quos amicorum in gratiam composuit, & quos in Libro : *Deliciæ Germanorum Poetarum*, *Tom. III.* invenies (*c*). Hinc *Suadam, Mercurium*, *Leporem*, *Musas* omnes in funere FREHERI funditus periisse, ingemuit GRUTERUS. Hinc *Nostrum Guilielmus* ZINCGREFIUS *Camoenarum Phœbique Sacerdotem summum* vocare non dubitavit. *Eloquentiæ* dein laudem *Nostro J. H. D.* GOEBELIUS asserere non intermisit, dum exordium *Orationis* ab eo habitæ speciminis loco adducit, *ob sermonis elegantiam* (ut ait) *Lectori minime ullum tædium creaturæ.* Quid quod FREHERUS ipse, a prima adolescentia, probe culta sibi humaniora studia, amicumque bonis litteris, & antiquitatis elegantiæ ingenium fovisse se semper, *Justo* LIPSIO testatus est (V. BURMANNI *Sylloge Epistol. Tom. I. p.* 417.) his verbis : *Tu, Lipsi ! ita elegantiorem litteraturam & humanitatis studia colis, ut interim a Jure nostro prorsus non sis alienus. Ego rursus, cum me vitæ genus & functio mea severissimis studiis totum fere occupet, illa ipsa tamen elegantiæ studia & optimos vetustatis Auctores negligere minime soleo ; sed quidquid . .*

(*c*) ADAMUS *ibidem.*

quid .. datur otii , ita illis liberaliter impendo , ut adolescentiam ante omnem impenderam. Scientia autem *Juris* , tum *civilis* tum *publici* , quanta excelluerit *Marquardus* , tum Professoris publici munus cum laude gestum , tum Libri ab eo vulgati complures sole meridiano clarius commonstrant: ut non dicam, id ipsum satis apte conjici ex arctissima amicitia posse , quam FREHERUS cum Viris ea ætate *Jurisprudentiæ* Principibus , paulo superius nominatis , conjunxit. Ob eam rem rursus *Janus* GRUTERUS eum *florem merum Themistis* , & ZINCGREFIUS *Mystam sacræ Themidos decusque fori* appellavit. Ante alia vero studium *Historiæ* (Hujus *mirificam voluptatem a puero persentiscere* cæperat , & *utilitatem æstimare cum crescentibus annis* didicerat : uti in *Dedicatione* ad *Tomum II. Opp. histor.* TRITTHEMII de se profitetur) maxime autem *Germanicæ* adamavisse videtur : cui cum insuper *Critices* & *Antiquitatis* tum sacræ tum profanæ , uti etiam *veteris Geographiæ* , *linguæ theotiscæ* , *vocum*que medii ævi *barbararum* & obsoletarum conjunxerit , quis miretur , tot tamque præstantia Opera aut manasse ejus e calamo , aut ejus ope in lucem fuisse procusa. Certe *Rei antiquariæ* ita studiosus fuit , ut a prima adolescentia *gemmas* , *numismata* , *effigies* , & his affinia curiose indagarit , sumptuose compararit , tantaque copia , cimeliorum instar , adservarit , ut & *Italis* & *Gallis* invidiam moverit (d). Sed hæc omnia clarius patebunt infra , ubi Virorum eruditorum de *Nostro* Testimonia adducentur , & Catalogus *Operum Nostri* dabitur. In præsentiarum istud addere convenit, *Nostrum pictoriæ* quoque *artis* minime imperitum fuisse , quæ

(d) Idem *ibidem.*

ipſi in delineandis antiquitatibus adjumenti plurimum tulit.

Ut autem haberet, unde animum ingeniumque jugi lectione & variarum rerum ſtudioſa perveſtigatione nutriret, Bibliothecam ſibi ſtruxit FREHERUS, quam egregiam fuiſſe, tum doctrina *Noſtri* toti orbi litterato cognita: tum ipſi FREHERIANI *Scriptores Rerum Germanicarum*, in quibus plura ex *Manuſcriptis*, a ſe poſſeſſis, edita *Noſter* exhibuit: tum quæ præter hæc, ex ſua libraria penu in lucem produxit, alia perſuadent. Ea, FREHERO ſupremis fatis defuncto, juſſu Principis *Friderici V.* clauſa obſignataque fuit; tandem incuria Viduæ ſuperſtitis, fruſtra obnitentibus LINGELSHEMIO, GRUTERO, aliisque dilapſa eſt, nonnullis tamen in Bibliothecam *Guelferbytanam* translatis (*e*). Sed apage triſtia hæc! Quamdiu vita FREHERO fuit, bibliotheca is ſua, librisque a ſe comparatis plurimum uti, nullo modo neglexit; multa namque, hactenus haud viſa, ex illa protraxit in lucem (quod mox dixiſſe me memini) inque *Scriptoribus* ſuis *Germanicarum Rerum* juris publici fecit; ut hoc modo de Republica litteraria pro virili parte ſua quam optime mereretur: utque id ipſum ab aliis quoque Eruditis illorum temporum apte fieri poſſet (qua erat morum comitate & laudabili gratificandi ſtudio) in communicandis Codicibus manuſcriptis facillimum ſeſe præbuit amicis; cujus rei teſtes adducere licet *Epiſtolas dedicatorias* JUNII *ad Curopalaten*, LEUNCLAVII ad *Paratitla græca*, *Henr.* STE-

PHA-

(*e*) GOEBELIUS *l. c.* ubi multis fata hujus Bibliothecæ exponit. De eadem Bibliotheca videri poterit FISCHERUS in *noviſſ. Collectione Script. Rer. Germ.* §. 3.

PHANI ad *Ctesiam &c.* (*). Simili orbem litteratum magis magisque demerendi animo ad aliorum Scriptorum editiones seorsim adornandas curandasque accessit: in quo genere obstetriciam FREHERI opem *Jo.* TRITHEMIUS Abbas *Sponheimensis*, ANDREAS *presbyter*, *Petrus de* ANDLO, *Hieronym.* BALBUS, *Jo.* MERCERUS, aliique plures experti sunt. Verum de his aliisque *Nostri* in Rempublicam litterariam meritis sequentem *Operum Nostri* catalogum accuratius inspicere juvabit.

Modo de *Amicis* FREHERI aliqua memoranda sunt. Horum accuratum texere Catalogum, res difficilis, immo plane impossibilis est: de quo mecum consensuros puto omnes, qui eo animum advertere voluerint, fieri nullo modo potuisse, quin fama eruditionis *Freherianæ* per totam late Europam diffusa propagataque plurimos eidem amicos pareret. Utcunque sit, juvabit horum præstantiores nomine vocare. Sunt illi *Jo.* LEUNCLAVIUS, *Frid.* SYLBURGIUS, *Hier.* COMMELINUS, *Abrah.* COLBINGERUS, *Jo.* POSTHIUS, *Janus* GRUTERUS, *Scip.* GENTILIS, *Jo.* OBSOPAEUS, *Paul.* MELISSUS, *Janus* DOUSA *junior*, *Georg.* REMUS, quos omnes, narrationis serie id exigente, superius jam nominavi. His accensendi *Marcus* VELSERUS (*f*), *Conr.* RITTERSHUSIUS (*g*),

(*) De hoc ipso argumento consuli etiam potest *Jac.* BRUCKERUS in *Ehrentempel der deutsch. Gelehrsamk.* p. 108. & GOEBELIUS in *Vita Nostri*, p. 59. Sed his pro rei veritate expiscanda addendus *Henr.* SCHUZ *S. J.* in *Comment. crit. de Script. & Scriptor. historicis*, p. 352.

(*f*) Testatur *Georg.* REMUS in Epistola ad *Don.* PRASCHIUM, in *Epitaph. August. P. III.* his verbis: *Marco* VELSERO *familiarissimus fuit Marq.* FREHERUS *filius.* Confer

(*g*), *Jo.* MEURSIUS (*h*), *Quirinus* REUTERUS (*i*) Professor Heidelbergensis, *Barthol.* KECKERMANNUS (*k*), *Henr.* MEIBOMIUS (*l*), *Henricus* STEPHANUS, *Franc.* JUNIUS, *Franc.* PITHAEUS (*m*), *Paul.* PETAVIUS (*n*), *Jac.* BONGARSIUS (*o*), *Petrus* SCRIVERIUS (*p*), *Dan.* HEINSIUS (*q*), *Melchior* GOL-

fer *Vitam M.* VELSERI a me *Bibliotheca Augustanæ Alphabeto II.* exhibitam, p. 189. Idem VELSERUS *Nostro* transmisit *glossaria latino - theotisca.* V. MEURSII *Opera, T. XI.* p. 144. edente *Jo.* LAMIO. Confer GOEBELII *Vitam Nostri*, p. 208.

(*g*) RITTERSHUSIO amicum fuisse *Nostrum* testatur *N. H.* GUNDLINGIUS in *Historie der Gelehrtheit*, p. 4528. Epistolas *Nostri* ad hunc exhibuit GOEBELIUS in Tractatu *Nostri*, *de secretis Judiciis in Westphalia &c.* noviter a se edito.

(*h*) *Nostri* ad MEURSIUM Epistolas, amicitiæ testificationibus plenas, habes inter MEURSII *Opp. T. XI.* Editionis *Lamianæ.*

(*i*) Vide *Nostri*, *Scriptor. Rer. Germ. T. IIIum*, cui carmen encomiasticum REUTERUS præmisit.

(*k*) Idem amicitiæ testimonium Nostro dedit KECKERMANNUS *l. c.*

(*l*) Eodem mŏdo suum in *Nostrum* amorem testificari voluit MEIBOMIUS.

(*m*) Hujus in communicandis *Glossariis latino - theotiscis* studium sibi præstitum laudat FREHERUS. Vide MEURSII *Opera*, *T. XI. p.* 143. Edit. *Lamianæ.*

(*n*) Eodem ex titulo laudat eum FREHERUS *l. c.*

(*o*) Simili studio bene de FREHERO is meritus est. Vide *ibidem*, & Elenchum Contentorum *Tom. I. Scriptorum Rerum German. Freherianorum. no IX.* Eidem BONGARSIO *Noster* dedicavit *Formulas Foederis inter Ludovicum Germaniæ, & Karolum Galliæ reges* a se vulgatas.

(*p*) Huic Noster in amicitiæ signum dono misit mox memoratas *Formulas*, & *Donationem Constantinianam.* V. MEURSII *Opera*, *l. c.*

(*q*) Hunc *suum* vocat. V. MEURSII *Opp. l. c.*

GOLDASTUS (r), *Isaacus* CASAUBONUS (s), *Joannes* MERCERUS (*), LINGELSHEMIUS, LIPSIUS (**), & si qui sunt alii. Tanta autem fuit in Amicorum animis *Marquardi* existimatio, & opinio doctrinæ tanta, ut nonnulli eorum etiam lucubrationes suas nomini *Freheriano* inscribendas sibi esse censuerint. Sic JUNIUS *Codinum Curopalaten* suum; sic STEPHANUS *Ctesiam* & *Agatharchidem*; sic LEUNCLAVIUS *Paratitla græca* ei consecravit.

Sat magna (puto) citavi nomina, quorum auctoritate, ceu basi quadam firmissima, nixus doctrinæ *Freherianæ* honor stat, stabitque in ævum. Quare ab his ad Virorum eruditorum de *Marquardo*, ejusque Scriptis *Judicia* censurasque exponendas sermonem transfero. Sentio equidem, me hoc loco campum spatiosissimum ingredi, quem me bene emensurum, propemodum desperem. Tentabo tamen, saltem illud suscepti laboris præmium habiturus, me hac quoque ex parte famæ FREHERI non defuisse, quin potius eidem pro virili parte consuluisse.

Agmen

(r) Epistolas *Nostri* ad hunc, mutuæ amicitiæ testes, habes cum aliis, inter *Epistolas ex Bibliotheca H. G.* THULEMARTI editas 1688. in 4to.

(s) Hic *Nostrum* litteris salutare non omisit. V. *Isaaci* CASAUBONI *Epistolas*, in *fol.* 1709.

(*) Cum hoc amicitiam contraxisse *Noster* videtur, dum *Bituricis* fuit. Edidit postea e sua bibliotheca *Ejusdem Opinionum Libros II.*

(**) LIPSII *amantissimum*, & *in* ejus *scriptis evolvendis versatissimum* fuisse *Nostrum*, testatur *Paulus* MELISSUS, petens ab eodem, ut effigiem suam FREHERO cupienti mittat. Vide BURMANNI *Syllogen Epistol. T. I. p.* 331. ubi etiam Epistolas *Nostri* officii plenas ad LIPSIUM habes p. 417. 418.

Agmen ducat CASAUBONUS (*t*) qui FREHERUM nostrum *Germaniæ decus, juris & omnis eruditionis peritissimum*: iterumque *altæ eruditionis Virum & Germaniæ suæ ocellum*, & rursus *Virum antiquitatis peritissimum* appellavit. DOUSA (*u*) *Virum vere nobilem ac rei litterariæ juvandæ natum* fuisse, testatus est. THUANUS (*x*) nuncio de morte *Nostri* accepto, duobus præclaræ existimationis Adolescentibus Germanis dixit: *Doleo vices vestras; perdidit enim Germania vestra Virum meo judicio doctissimum, cui non adeo facile similem inveneritis substituendum.* Georg REMUS *Augustanus* de *Nostro* scribens *Dan.* PRASCHIO (*y*), ait: *Nosti Freheros esse Augustanæ originis, & dedisse illam familiam magnum illum* FREHERUM, *Originum Palatinarum Scriptorem &c.* Et iterum dicit: *Marquardus* FREHERUS *JCtus, Consiliarius IV. Palatinorum VIIvirûm, clarissimus scriptis doctissimis fuit, dum fuit.* LIPSIUS de *Nostro* sic scripsit *Marco* VELSERO (V. BURMANNI *Syllog. Epistol. T. I. p.* 715.) *Doctus est & judicii rectus, quòd mihi inter prima est. Quirinus* REUTERUS (*z*) vocare *Nostrum* non dubitavit *Varronem germanæ gentis, gloriam magnam soli Palatini. Henricus* MEIBOMIUS (*a*) *communi patriæ bono natum* pronunciavit. *Melchior* ADAMUS (*b*) sequenti encomio *Freherum* extollit: *Debet ei Germania*

(*t*) In SUETONIO, & in THEOPHRAST. *Charact.* p. 337.
(*u*) V. *Bataviæ*, c. 7. p. 319. 390.
(*x*) V. *Ejus Historiam.*
(*y*) V. Ejus *Epitaph. August. P. III.*
(*z*) Vide FREHERI *Script. Rer. Germ. T. III.* sub initium.
(*a*) Vide *ibidem*, *T. I.*
(*b*) Vide Ejus *Vitas JCtorum.*

mania communis patria nostra & inprimis electoralis Palatinatus plurimum, cujus ipse res gestas sollerter eruit, mirifice illustratum ivit, jura vetusta, decora, privilegia & ejusmodi alia graviter defendit, uti ejus Scripta testantur. Apte concinit ADAMO *Andr. Fel.* OEFELIUS (*c*), dum *Nostrum*, *Assertorem Rerum Palatinarum acerrimum juxta ac eruditissimum* nuncupat: & alibi de *Nostro* loquens ait: *Vir elogio meo multo major;* & rursus: *Palatinus ille Polyhistor. Caspar* CUNRADUS (*d*) autem in honorem *Nostri* sequens Distichon scripsit:

Quis sim, pernorunt academica pulpita Nicri.
Quid dederim, dicent, quæ vigilata mihi.

GOLDASTUS ad *Frid.* HORTLEDERUM (V. SENCKENBERG *Selecta Juris* &c. *T. I. p.* 351.) scribit: FREHERUM *rerum antiquarum esse omnium peritissimum.* Præterea honorificam admodum FREHERI mentionem facit *Jo. Christoph.* WENDLERUS (*e*) his verbis. *Reconditam, qua Noster præditus fuit, antiquitatum Germanicarum & publici juris notitiam* CONRINGIUS (In Censura Diplom. Ludovic. Lindaviens. c. 6.) *& Hachenbergius* (In German. med. Disput. III.) *celebrant. Eidem quoque facundiam, industriam & eruditionem celeberrimus* LUDEWIGIUS (In German. Princip. p. 106.) *tribuere non dubitat.* Similiter *N.H.* GUNDLINGIUS (*f*) FREHERUM magnis Jureconsultis & Historicis excellentibus annumerat: eumque *Freherorum omnium celeberrimum & lumen Norici* appellat. *Burck. Gothelf.* STRUVIUS

(*c*) In *Scriptor. Rer. Boicar. T. I. p.* 3. & 9.
(*d*) In *Millenar. II.*
(*e*) In *Dissert. II. de Merit. Reip. August. p.* 55.
(*f*) In *Historie der Gelehrtheit. p.* 3913. 3914. 3919.

VIUS (*g*) *Nostrum de historia Germana, editis variis libris, immortaliter promeritum esse* affirmat; & alibi ait: *Nostrum multum profuisse scriptis suis omni historiæ.* Perillustr. *Paulus a* STETTEN *senior* (*h*) memoriam FREHERI, in Opere de patria historia a se edito, omnino ingerendam sibi duxit, ubi sequenti eum encomio mactat: *Marquard* FREHER, *so .. aus einer alten ansehnlichen Familie von der mehrern Gesellschaft gebohren . . . und wegen seiner vortrefflichen Gelehrsamkeit und Eigenschaften an den churpfälzischen Hof zu den wichtigsten Verrichtungen gezogen worden; deme aber ungeachtet durch seine gelehrte Schriften, sonderlich die Origines Palatinas, sich auch bey der gelehrten Welt einen ungemein grossen Nahmen gemacht, und also seinem Vatterlande auf gedoppelte Art besondere Ehre gebracht. Hadrianus* autem BAILLETUS (*i*), postquam superius allata CASAUBONI, DOUZÆ, THUANI de *Nostro* testimonia in medium protulisset, subdit: *Mr* KOENIG (Biblioth. V. & N.) *en parle de la même maniere. Quenstedt* (De Patr. Vir. illustr. p. 155.) *temoigne, que c' étoit un homme à tout, prudent, & fort curieux de l' Antiquitè.* SCIOPPIUS (De Arte crit. p. 15.) *dit, qu' il avoit joint le bel esprit & la sublilité à un fond de doctrine incroyable.* Tum pergit: *Parmi ses Oeuvres de Critique on peut mettre ses editions & les corrections, qu' il a faites sur divers Historiens de France, d' Allemagne, de Bohéme &c. sur les Oeuvres de Trithéme, & un Commentaire sur la Moselle d' Ausone. . . . Jacobus* BRUCKERUS

(*g*) In *Biblioth. histor.* Edit. *Buderiana, p.* 651. & in *Biblioth. antiqua, p.* 130.

(*h*) In *Historie der Stadt Augspurg, T. I. p.* 810.

(*i*) In Libro: *Jugemens des Scavans T. II. P. II. p.* 203.

KERUS (k) de *Nostro* sequentia affert: *Unter den Rechts-Gelehrten Deutschlands, welche nach dem Exempel der Franzosen und Italiäner die schönen Wissenschafften und die Geschichte mit den Gesetzen verbunden, und sich zugleich um die Alterthümer, zumal ihres Vatterlands, verdient gemacht haben, behauptet Marquard* FREHER, *eine Zierde nicht nur unsers Augspurgs sondern auch Deutschlands seiner Zeit, eine wichtige Stelle.* Et iterum: *Sein feuriger Geist, dem Cujacii Exempel ein Sporn war, die Gelehrsamkeit nicht nach dem gemeinen Schlendrian zu treiben, sondern mit den Alterthümern, der Critik und den Geschichten zu verbinden, und sein ungemeiner Fleiß setzten ihn fruhezeitig in den Stand, sich vor andern hervorzuthun.... Christianus* vero GRYPHIUS (*) FREHERUM nostrum *germanicarum originum peritissimum & indefessum scrutatorem* appellare minime dubitavit. DECKHERRUS in *Libr. de Script. adespotis, p.* 154. *Scriptorem incomparabilis lectionis & judicii in re Germanica* vocat.

Sed cur in allegandis Virorum doctorum de FREHERO testimoniis tamdiu immoror? quæ si persequi universa vellem, dicendi finem nullum inveniam. Etenim ex iis, quæ hactenus attuli in medium, satis patet, illius & subsequentis ævi Eruditorum neminem extitisse, qui non, data occasione, in laudes *Nostri* sibi excurrendum esse putarit. Hac de caussa illa omnia missa faciens, satis me benevolo Lectori facturum esse censeo, si eorum, qui insuper de Vita vel Laudibus FREHERI memi-

(k) In *Ehrentempel der deutschen Gelehrsamkeit, p.* 106.
(*) In *Dissert. de Script. Histor. Sæculi XVII. illustrant. p.* 94.

meminerunt, nomina sola apposuero. Sunt illi NICERONIUS (*l*) CLARMUNDUS (*m*) STRUVIUS (*n*) REIMMANNUS (*o*) MAGIRUS (*p*) WITTE (*q*) *P.* MELISSUS (*r*) SELCHOVIUS (*).

Neque istud silentio prætereundum est (quod ipsum in maximam *Nostri* laudem cedere arbitror) tantum videlicet *Freherianis* Lucubrationibus honorem abs Viris eruditissimis habitum fuisse, ut easdem vel noviter typis vulgandas, vel doctissimis Operibus suis inferendas existimarint. Juvat horum nonnullos exempli caussa nominare, uti *Carol. Du* FRESNIUM, *Henr. Günth.* THULEMARIUM, *Everhardum* OTTONEM, *Gothofr. Guil.* LEIBNITZIUM, Collectores *Criticorum sacrorum*, *Joann. Georg.* GRAEVIUM, *Jacob.* GRONOVIUM, *Jo. Henr. Dav.* GOEBELIUM, *B. G.* STRUVIUM, *Simonem van* LEEUWEN, *J. B.* MENKENIUM &c &c. prout inferius in Catalogo Operum *Nostri* clarius dicetur.

Quæ omnia etsi ita sese habeant, tamen quidam extiterunt, quibus nonnullæ *Freherianarum* Scriptionum minus placuere, nimirum *Jac.* GRETSERO, *Guil.* CUPERO, *Anselmo* BANDURO, *Ignatio* SCHWARZIO, de quibus infra vide, & *Henrico* SCHU-

(*l*) In *Memoires pour servir à l' Histoire &c. T. XXI.* Confer. etiam hujus Operis Versionem germanicam.

(*m*) In *Lebens - Beschreibungen &c. P. II. p.* 19. cujus tamen errores plures refellit *Jac.* BRUCKERUS.

(*n*) In *Biblioth. antiq. P. II. p.* 129.

(*o*) In *Histor. litter. Germ. P. V. p.* 433.

(*p*) In *Eponym. crit. p.* 361.

(*q*) In *Diar. biograph.*

(*r*) In *Epithalamio*, quo primas *Nostri* nuptias celebravit: & in *Carminibus* præfixis *Tomo I. & II. Operum historicorum* TRITHEMII.

(*) In Libro: *Juristische Bibliothek.*

SCHUZIO, qui in *Commentario critico de Scriptis & Scriptoribus historicis*, *p.* 194. FREHERUM, quem *post varia partim scripta, partim collecta compilataque, non sine multa eruditionis, ingenii ac diligentiæ laude decessisse* præmonuerat, sequenti censura notavit : *Quid ceteroquin de* FREHERI, *alias eruditi, nec vulgariter laboriosi, auctoritate, sinceritate atque criterio, circa res præcipue ecclesiasticas, aut pontificias, sit existimandum, ex ipsomet* FREHERO *orthodoxus Lector non difficulter agnoscet.* „ Reprehendit dein *primo* FREHERUM, quod *Epistolas*, „ quæ certe *Friderici I.* sunt, *Friderico II.* per„ peram adscribat; culpans cum GRETSERO *præ„ posteram Nostri in dignoscendis Veterum monu„ mentis, & Pontificum chronotaxi perspicaciam.* „ Accusat *secundo* FREHERUM, quod in *Tomum I.* „ *Scriptorum Rerum germanicarum sollicite ea in„ truserit, quæ adversus Pontifices tempore schisma„ tum sunt scribillata*; &, post enumeratas scribil„ lationes illas, subdit : *ac si per hujusmodi sordes* „ *mendacissimas tota Schismaticorum caussa vindicata,* „ *& Pontificia profligata jam esset.* Docet *tertio*, „ cognosci posse ex *Præfatione* Nostri ad *Commenta„ rium de Donatione Constantini M.* itemque ex „ *Peroratione*, *Commentario in Constitutionem Ot„ tonis III.* subnexa : *quam infenso vereque prote„ stantico animo calamoque adversus Pontifices & Ro„ mana sacra insurrexerit* FREHERUS. Insimulat „ *quarto* FREHERUM, quod is Scriptores mona„ sticos non solum vilipenderit, sed etiam conviciis „ insecutus sit. Exempli gratia adducit locum ex „ *Corpore Historiæ Francicæ*, ubi, statim in limine, „ horum unum FREHERUS *obscurum, stupidum*, „ *bardum & (uno verbo) vere monachum* appella„ re non dubitavit. *Ita* (Verba sunt SCHUZII) *pro*

„ *barda sua modestia Monachorum insectator Freh*
„ *rus, qui adeo cæcutire haud potuit, aut certe n*
„ *debuit, ut nesciret, quantum res litteraria, sacra pr*
„ *fanaque, ab omni retro ætate monasticæ vitæ cult*
„ *ribus scriptoribusque in acceptis referre consuev*
„ *rit.* " Sed quisquis, quæ hic paucis attigi, a curatius cognoscere voluerit, adeat ipsum SCHUZ *Commentarium, pag.* 194. & 352. Ego ad Scrip *Nostri* enumeranda progredior: quorum accurati elenchus quam gratissimus eveniet Lectoribus, quo illa, partem maximam, rara sint (*s*): juridica dei magno in pretio habeantur: omnia autem dign sint, quæ comparentur (*t*).

Sectio III.

Superius in Vita *Nostri* a me observatum est, FREHERUM, etsi permultis iisque publicis magni momenti negotiis distractus fuerit, tamen omne, quod ab his vacuum nactus esset, temporis spatium, horasque subsecivas omnes Reipublicæ litterariæ consecrasse. Inde factum est, ut eandem Libris quamplurimis gravissimisque locupletarit: in quibus modo recensendis hoc ordine procedam, ut *primo* quos typis vulgavit sive a se, sive aliis scriptos; *deinde* posthumos ejus; *denique* eos, qui vel adhuc in MSSto latitant, vel tantum affecti sunt, enumerem (*u*). Similiter admonui Lectores benevolos, *Nostrum* anno 1581. ingenii & doctrinæ suæ periculum, habita publica *de Transactionibus* dispu-

(*s*) Ita testatur BOECLERUS in *Biblioth. crit. p.* 333.

(*t*) Asserit hoc *N. H.* GUNDLING, *l. c. p.* 3914. 3916.

(*u*) Sequor in hoc maxime NICERONIUM & GOEBELIUM, ita tamen ut errores eorum corrigam, & ab ei prætermissa suppleam.

difputatione, feciffe: quam impreffam, necne fuiffe, nullus eorum, qui ante me de Vita *Noftri* fcripferunt, memoravit: nec ego fatis fcio. Succedit ergo

1. *Oda ad D. Julium Pacium, migrationem in Germaniam parantem.* in 4to 1585. Extare eandem etiam in *Deliciis Poetarum Germanorum* monuerunt NICERONIUS & GOEBELIUS *ll. cc.* fed falfo: Certe in Editione *Francofurtenfi* harum *Deliciarum*, anno 1612. excufa, non habentur.

2. *Tractatus de Fama publica.* fol. *Francofurti.* 1588. iterum *Bafileæ.* 1591. in 8o. Dicavit *Nofter Joanni Cafimiro* Comiti *Palatino* Rheni in gratam recognitionem judicii, quo ifte Princeps eum in partem *Confiliorum* vocare voluit. Dedicationem excipiunt Carmina gratulatoria Amicorum, *Pauli* MELISSI, *Scip.* GENTILIS, *Joh.* POSTHII Archiatri Palatini, *Georg.* REMI, *Pauli* FREHERI.

De hoc Scripto, & de alio FREHERI Tractatu inferius *no* 5. memorando ait *J. C.* WENDLERUS in *Differtat. II. de Merit. Reip. Auguft. in Rem litterar. p.* 58. *Quod ad juridica ejus Opera attinet, ejus eft ad Pandect. L. III. Tit. II. de his, qui notantur infamia, tractatus optimus* de fama & infamia... *Alium quoque* de Exiftimatione *fcripfit.* Confer STRUVII *Biblioth. Juris, p.* 174.

3. Παρέργων *Libri duo.* fol. *Francofurti,* 1588. dicati a *Noftro* patri fuo *Marq.* FREHERO, Confiliario tum *Onoldino.* Acceflerunt autem Libri hi *Tractatui de Fama publica* a *Noftro* edito; ita tamen, ut feparati ab hoc videri queant. Recudi curavit *Parerga* hæc *Joh.* BOSCHIUS, *Norimbergæ.* 1622. hoc titulo: *Marq.* FREHERI παρέργων, *feu novarum Obfervationum & πειθανῶν Libri duo,*

in quibus varia juris civilis loca nove explicantur; in qua ſecunda editione, longe auctiori & meliori ex relicto FREHERI exemplari, omiſit BOSCHIUS Epiſtolam nuncupatoriam. Habetur eorundem *Parergon* editio tertia anni 1628. ſequenti titulo: *Marq.* FREHERI *JCti Palatini, ſeptemviralis olim Conſiliarii, ac Dicaſterii aulici Præſidis digniſſimi Veroſimilium Libri duo, opera Joannis* BOSCHII. At obſervatum fuit abs *Ad. Frid.* GLAFEY, non niſi novum titulum veteri merci fuiſſe circumdatum, quo ſcilicet ſecunda editio melius citiusque væniret. Confer *Jo. Henr. Dav.* GOEBELIUM *l. c. p.* 63. Poſthæc *Parerga* hæc ſuo *Theſauro Juris, T. I. p.* 853. *Everardus* OTTO inſeruit. De reliquo jam anno 1594. FREHERUS in *Epiſt. ad Scip.* GENTILEM (*Gudianarum, p.* 347.) ſcripſit: *Parergon* (*quo tamen titulo, tibi cedam: tanta fides!*) *Libros* NB. *tres recuſos brevi a me exſpecta.* Sed non comparuiſſe promiſſus hic liber *tertius* videtur.

4. *Epos in funere Hugonis* DONELLI, adjectum Orationi funebri a *Scipione* GENTILI, *Altdorfii*, 1591. in 4to. Conſtat verſibus 109. Idem haberi in *Deliciis Poetarum Germanorum*, perperam aſſerunt NICERONIUS & GOEBELIUS; In Editione *Francofurtenſi*, anni 1612. certe non inveniuntur.

5. *Tractatus de Exiſtimatione acquirenda, conſervanda & amittenda; ſub quo & de gloria & de infamia, Marq.* FREHERO *&c. Auctore: ita comparatus, ut cum ejusdem Auctoris tractatu:* de fama publica, *jungi poſſit & debeat.* in 8o. *Baſileæ.* 1591.

6. *Carmina in obitum* JOANNIS CASIMIRI, *Comitis Palatini. Heidelbergæ.* 1592. in 4to. Extant etiam in *Deliciis Poetarum Germanorum*, *T. III. p.* 302.

7. *Ad-*

7. *Adſertio propriæ Gubernationis Friderici IV. Electoris duabus Orationibus in XIX. ejus Principis natalem a Conſiliario quodam Palatino habitis comprehenſa : adjecta Sigismundi Imperatoris Auguſti Bulla integra.* Prima Editio 1592. Secunda, in 4to. *Heidelbergæ.* 1593. *Acceſſerunt Poemata quædam,* Tertia Editio in 4to 1613. Extat in Bibliotheca publica *Auguſtana*, annexa *Nic.* SERRARII *Geſtis S. Kiliani.* Scripſit hanc Lucubrationem *Noſter* adverſus *Richardum* Comitem Palatinum *Simmerenſem;* de qua cauſſa vide ſuperius in *Vita*. Confer LUDEWIGIUM *ad auream Bullam, T. I. p.* 722. PAREI *Hiſtoriam Palatinam*, *p.* 58. ubi omnia ad hanc litem facientia & in defenſionem utriusque partis edita Scripta recenſentur. STRUVII *Biblioth. Juris*, *p.* 631. NICERONIUS, *Tom. XXI. p.* 235. de hoc Scripto ait : *Ce ſont deux Diſcours de* FREHER *ſur ce Prince, qui entrant alors dans ſa* 19. *année devenoit Majeur ſuivant la Bulle d'or de l'Empereur Sigismond, qu'on voit ici à la ſuite des Diſcours.*

8. *Aurea Bulla Karoli IIII. Rom. Imperatoris ex Archivo illuſtriſſimi Principis Electoris Palatini*, in 4o. *Heidelbergæ.* 1594. Vide FREHERI *Theatrum*, *p.* 1004. GOEBELIUM *l. c. p.* 64.

9. *Oratio de Conſtitutionum imperialium inter cæteras Juris civilis partes excellentia, habita a Marquardo* FREHERO, *JCto Conſiliario & Anteceſſore Palatino, cum in illuſtriſſima Academia Heidelbergenſi profeſſionem Codicis ad X. Kalend. Maji anno* 1596. *auſpicaretur.* in 4to. *Heidelbergæ.* 1596. Acceſſit etiam editioni (*Sylvulæ deciſionum areopagiticarum*) *Francofurtenſi ad Viadrum*, 1672. in 4to.

10. *Albericus* GENTILIS *de Legationibus, Libri tres. Octavianus* MAGIUS *de Legationibus & Legatis, Libri duo. Francisci Le* VAYER *Legatus, sive de Legatione, Legatorumque Privilegiis, Officio &c.* in 4to. *Ex Bibliotheca Marq.* FREHERI. *Francofurti.* 1596. Vide *Mart.* LIPENII *Biblioth. juridicam. p.* 289. GUNDLING *Historie der Gelehrtheit, p.* 5048. JOECHERN *gelehrten Lexicon. v.* MAGGI (*Octav.*) *T. III. p.* 34. item *Tomo II. p.* 737.

11. *Juris græco-romani tam canonici quam civilis Tomi duo Joannis* LEUNCLAVII *Amelburni studio ex variis Europæ Asiæque bibliothecis eruti, latineque redditi : nunc primum editi cura Marq.* FREHERI *JCti cum ejusdem Auctario, Chronologia Juris ab excessu Justiniani ad amissam Constantinopolim, & Præfatione,* in folio. *Francofurti.* 1596. Dicavit hoc Opus *Noster* prolixa Epistola Imperatori *Rudolpho II.* his inter alia verbis utens: *A nobis hinc discedens* (LEUNCLAVIUS) *& in expeditionem tuam Pannonicam cum ... Barone Zerotinio tendens ... hunc suum fœtum quem, orbus alias, prope ad veræ sobolis instar diligebat tenere, per arctissimam illam mecum amicitiam ita mihi commendavit, ut sive se absente, sive ipsi aliquid humanitus contigisset, certe prima quaque occasione, mea cura & vel si opus esset, impensa in publicum, idque omnino cum tui augustissimi nominis proscriptione, prodiret. Quod quidem jus, etsi in alieni Auctoris Opere, tamen de liberali ipsius domini voluntate, fatoque ejus ita ferente, optimo jure nobis permissum arbitramur; quando & id, ob aliquam a nobis accessionem, quadam ex parte nostrum censeri potest. Nam .. in tenebris hactenus jacens .. nostro indicio amicis innotuit primum, & hinc doctis mirifice expetitum .. formulis ..*

nunc

nunc primum excusum publicatur, nec quibusdam modo fragmentis, quæ ille desiderabat, a nobis demum insertis auctius, sed & Chronologia huic pariter juri & simul etiam Germano-Romano (cujus, si Dominus vitam largiatur, parem compilationem ex editis manuque scriptis litterarum monimentis nostra opera erutam, & forte etiam hujus Græci tertium aliquando tamum cum perpetuis nostris in hæc omnia notis publico polliceri ausim) accommodata exornatum... In eandem sententiam *Noster* de præsenti Opere *Marco* VELSERO scripsit in Epistola, quam videsis apud GOEBELIUM loco sæpissime citato, *p.* 65. 204. 208. Confer (si lubet,) *Isaac.* CASAUBONI *Epist.* 994. & STRUVIUM in *Biblioth. Juris*, *p.* 51. 57. ubi *Collectionem hanc perraram esse*, affirmat, & *p.* 477.

Chronologiam Freherianam superius memoratam usque ad annum 1670. continuavit, inseruitque Operi suo: *De Origine & Progressu Juris Romani*, *Lugd. Batav.* 1672. in 8o. *Simon van* LEEUWEN. Accessit etiam *Chronologia Freheriana*, continuata usque ad annum 1705. *Corpori Juris Civilis Gothofrediano. Lipsiæ.* 1705. excuso. Plura, quibus tum ipsum *Jus Græco-Romanum*, tum FREHERI *Chronologia* suppleri, illustrari, corrigi possunt, exhibet *Petr.* LAMBECIUS in *Commentar. de Biblioth. Vindobonens. T. V. & VIII.* Eandem *Chronologiam* erroribus non paucis, aut sesqui etiam sæculi parachronismo laborare, monuit CUPERUS *S. J.* in *Histor. Patriarch. Constantinopolit. Tomo I. Augusti, Actor. Bollandian. p.* 123. 183. 184.

12. *Imperatoris Ludovici IV. Bavari Sententia Separationis inter Margaritham Carinthiæ Ducissam, & Joannem regis Bohemorum filium: ejusdemque Di-*

ſpenſatio inter eandem Margaritham, & Ludovicum Marchionem Brandenburgicum cum Conſultationibus & Reſponſis Marſilii de Padua & Guilielmi Occami, uti & cum præfatione Marq. FREHERI, *Auguſtani, ejusdem argumenti: utrum Principi an Romano Pontifici ſuper re conjugali legislatio & jurisdictio competat?* in 4to. *Heidelbergæ.* 1598. Reperitur etiam *Ludovici Sententia & Diſpenſatio* memorata in *God.Guil.*LEIBNITZII *Codice Jur.Gent.diplomat.* De tota hac cauſſa, turbisque inde natis: item quid de OCCAMO & MARSILIO *de Padua* ſentiendum ſit, cognoſcere poterit Lector ex RAYNALDO, *Annal. eccleſ. T. VI.* Editionis *Luccenſis*, *p.* 244. ex *Nat.* ALEXANDRO, *Hiſtor. eccleſ. Tom. VII. Edit. Pariſienſ.* (verius *Venetæ*) *p.* 268. Inde & diſcet, quid de FREHERI ipſius Lucubratione hac ſentiendum ſit.

13. *Joannis* MERCERII *Opinionum & Obſervationum Libri II. ex Bibliotheca Marq.* FREHERI *editi cum Gilberti Regii Noſoreni* Εναντιοφανων *Juris civilis Libris II.* in 8o. *Hanoviæ.* 1598. Extant quoque in *Ever.* OTTONIS *Theſ. Jur. Rom. T. II. p.* 1549.

14. *Commentarii ſingulares Jac.* CUJACII, *Fr.* HOTOMANNI, *Ant.* LESCURII, *Jul.* PACII, *Joh.* MERCERII, & *Henr. a* SUERIN *in nobilem illam L.* Frater a Fratre D. de Condict. indebit. *cum Præfatione Marq.* FREHERI, *in qua legis hujus facilitas oſtenditur, & de obligatione naturali* παραδοξως *diſputatur.* in 8o. *Coloniæ.* 1599. Habetur etiam in *Everhardi* OTTONIS *Theſauro Juris Romani*, *T. V. p.* 607.

15. *De Verbis Domini*: Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris: & quæ ſunt Dei, Deo; *Sermo votivus theologi-*

logiſtoricam loci explicationem continens. in 4to. *Heidelbergæ.* 1598. iterum *ibidem* in 4to. hoc titulo: *De Numiſmate Cenſus a Phariſæis in quæſtionem vocato Diſſertatio theologiſtorica.* 1599. Editio auctior, cui annexa eſt: *De Tributo ſoli & Capitatione judaica ſub Auguſto, Obſervatio ex L. III. Parergon* M. F. Rurſus *Lipſiæ*, in 8o. 1675. Invenitur etiam in *Franc.* MONCAEI *Aarone purgato, ſeu de Vitulo aureo Libris II.* 1671. *Francofurti* impreſſis: in *Abrah.* SCULTETI *Obſervat. evangelicis*: in *Criticis ſacris*, editionis *Francofurtenſis*, *T. VII. p.* 1407. editionis *Anglicanæ* autem *Tomo IX.*

Sermonem hunc ex voto, quo ſe fugiens a peſtis contagione obſtrinxerat (ſi ſalvus & incolumis ad propria rediret) publice habitum, quando *Colonia Heidelbergam* redux Profeſſoris munus de novo orſus eſt, dicavit *Noſter Hermanno* Comiti in *Manderſcheid* & *Blanckenheim* &c. a quo, tempore fugæ, honorificentiſſime & exceptus & toto exilii tempore habitus eſt. Confer NICERONIUM, *T. XXI. p.* 236. & GOEBELIUM *l. c. p.* 66. 67. qui ſummam hujus *Sermonis* ex *Joh.* FABRITII *Hiſtor. Biblioth. ſuæ*, *T. I. p.* 290. exponit, ſimulque dolet, ſe laudatum ab eodem FABRICIO *Caroli* PATINI judicium ſuper hoc *Sermone* in PATINI *Hiſtoria Numiſmatum* invenire non potuiſſe. Sed errat GOEBELIUS; nam PATINUS *l. c. p.* 202. Diſſertationem ſeu Sermonem hunc *perdoctum* vocat. *Thomas* CRENIUS *Animadverſ. P. II. p.* 213. 224. laudat eum multis. *Auguſt.* CALMET citat eundem in *Biblioth. ſacr.* præfixa *T. I. Diction. Bibl. p.* CXLI. & in *Commentario in S. Matthæum*; item *Le* LONGIUS in *Bbl. ſacr. T. II. p.* 732. ubi Editionem *Lipſienſem* anni 1689. memorat. *Anſelm.* BAN-

DURUS

DURUS (V. *Numismata Imperatorum, Parisiis.* 1718. ab eo edita. *p. XX.*) ait de *Sermone* hoc. *Ibi vero cum Christi mentem explicat, tum pleraque nova de Nummis in universum & de conditione Judæorum, postquam Romano Imperio accesserant, veterum nummorum in buxo insculptorum ope demonstrat; sed orationem deformat appendix, in qua summos Pontifices acerbissime criminatur in Cæsarum jura involasse, & in eos tam vesane invehitur, ut appareat, si morbi contagia in corpusculum ejus non penetrarunt, at mentem ejus veneni ... plenam fuisse.*

16. *Origines Palatinæ.* in 4to. *Accessit Appendix, quo Hub. Thomæ Leodii Commentatio &c. &c. continentur. Heidelbergæ.* 1599. Ex Officina *Comeliniana.* Secunda Editio, altera parte aucta, prodiit in folio. 1613. Tertia in 4to. *Heidelbergæ.* 1686. in quibus duabus editionibus *Dav.* CHYTRAEI *Oratio continens descriptionem Greichgeæ* non deprehenditur. Denique inseruit eas *Joh. Jac.* REINHARDUS Volumini primo *Scriptorum Rerum Palatinarum &c. &c. Carolsruhæ*: 1748. in 8o immutato ordine, & Scriptis, in *Originibus* occurrentibus, aliter (incertum qua de caussa) dispositis; de quo vide GOEBELIUM *l. c. p.* 67. Electa ex hoc Opere inseruit *Janus* GRUTERUS *Tomo III.* sui *Chronici Chronicorum ecclesiastico - politici. Theophilus* SINCERUS autem, vel *Georg. Jac.* SCHWINDELIUS suppeditavit ex editione sua quædam omissa & commissa suis locis restituenda in *Librorum veterum Notitia historica. Francof.* in 4to 1748. *p.* 33.

Scripsit *Noster* memoratas *Origines* jussu Principum suorum, sacravitque *Friderico* juniori Palatino Rheni; promittens in Dedicatione, *se res a Pala-*

Palatinis Electoribus præclare gestas grandiore calamo exsecuturum (Sed res intra promissa stetit) *Appendicem* vero dedicavit *Johanni* Palatino Rheni.

De *Originibus* istis *B. G.* STRUVII sequens est in *Biblioth. histor.* Edit. *Buderianæ*, *p.* 1082. judicium : *Egregiæ*, *multæ lectionis & reconditæ doctrinæ sunt ; in hisce*, *præter gentis & dignitatis Palatinæ primordia*, *Heidelbergæ quoque & vicini tractus antiquitates atque geographia multa cura & eruditione exponuntur. Jo. Christoph.* WENDLERUS in *Dissert. II. de Meritis Reipubl. August.* de eodem Opere in hæc verba loquitur : *Eminent inter ejus Scripta Antiquitates* (melius *Origines*) *Palatinæ* ; & postquam mox citatum STRUVII testimonium allegasset, subdit : *Et quidem in geographia antiqua majorem Noster* LUDEWIGIO(*Germ. princip. Libr. V. p.* 106.) *observantiæ operam posuit*, *quam in Historia Palatina. Postquam enim de officio Palatini*, *de Electoratu*, *de Tutela*, *ejusque generis aliis disseruit*, *filum abrumpit. Jac.* BRUCKERUS in *Ehrentempel der deutschen Gelehrsamkeit*, *p.* 107. affirmat : *Es wurde ihm auch aufgetragen die Pfälzische Historie zu schreiben ; welchem man seine vortreffliche und mit vielen zu den deutschen Alterthümern dienlichen Nachrichten verschene Origines Palatinas ... zu danken hat.* Et in *Notis* addit : *Schade ist es*, *daß er die Pfälzische Historie nicht ganz ausarbeiten können*, *dann in dieser Schrifft* (puta *Origines*) *hat er vornehmlich die alte Geographie vor Augen gehabt*, *worinn er eine besondere Stärcke hatte...* Hinc nihil miror, quod LUDEWIGIUS in *Præfat. ad Reliq. MSStorum omnis ævi*, *p.* 99. moneat : FREHERO *pleniorem esse Car. Ludov.* TOLNERUM in *Historia Palatina.* Quid autem de *Originibus* istis Eruditi,

FRE-

FREHERO synchroni, senserint, colligere pronum est ex *Epistola Petri* DENAISII ad LINGELSHEMIUM, 1599. 21. Maji scripta, cujus verba hæc sunt: FREHERI *Origines accepi, cui velim per occasionem gratias te meo nomine agere, facturus id ipsum coram. Miror unde illi tot Scriptores, qui nondum viderunt lucem. Profecto gratia debetur ei, qui illos e tenebris, & ex illis splendorem elicit rebus cura & industria.* Confer, si lubet plura scire, BOECLERI *Bibliogr. critica*, *p.* 807. BRUCKMANNI *Biblioth. numismat. p.* 44.

17. *Decisionum areopagiticarum Sylvula, in queis controversiarum apud Veteres pro inexplicabilibus habitarum Resolutiones nova ratione tentantur*, in 4to. *Heidelbergæ.* 1599. iterum *ibidem.* 1615. in 4to. testa NICERONIO *T. XXI. p.* 245. iterum cum *Oratione de Excellentia Constitutionum imperialium &c.* (V. superius *no* 9.) *Francofurti ad Viadrum*, in 4to 1672. *Jac.* GRONOVIUS hanc *Nostri* Lucubrationem denuo recudi fecit in *Tomo V.* sui *Thesauri Græcarum antiquitatum.* Invenitur etiam in *Triga libellorum rarissimorum Nic. Hier.* GUNDLINGII. *Halæ.* 1727. in 4to impressorum.

Dedicavit *Noster* D. *Joh. Christoph. a* GRUN *in Weyersberg*, *Friderici V.* Comit. Palat. & Bavar. Ducis, Cancellario, in memoriam acceptorum ab eo beneficiorum, maxime quod is *partem sobolis Freherianæ de lustricis aquis suscipere* dignatus est.

18. *De Luctu minuendo & Desiderio præmissæ conjugis solando Epistola ad Joannem de* MUNSTER, Præfectum *Widanum.* in 4to. *Heidelbergæ.* 1599. Vide *Indicem MSStorum Bibliothecæ Augustanæ*, 1675. in 4to impressum: & *Eliæ* EHINGERI *Catal. ejusdem Biblioth. p.* 508.

19. *De*

19. *De Feudis Constitutio* KAROLI *III. Imp. Crassi dicti, primum edita & exposita commentario Marquardi* FREHERI *V. C. Guilielmi* FORNERII, *& Antonii* CONTII *Antecessorum de Feudis tractatus. Ex Bibliotheca ejusdem.* in 8o. *Hanoviæ.* 1599. Sacravit *Noster* opellam hanc *Georgio* & *Frobenio* Comitibus in *Helfenstein*, Præsidibus Judicii *Cameræ imperialis.* „ *Constitutionem* hanc a *Marco* VELSE-„ RO acceptam primus in lucem revocavit *Conr.* „ RITTERSHUSIUS, & in calce *Ligurini Gunthe-„ riani* a se *Tubingæ* 1598. in 8o cum Notis editi „ excudendam curavit. Sequutus est FREHERUS, „ eandemque *Constitutionem* VELSERI beneficio ad „ se delatam (x) *Carolo Crasso* vindicavit, com-„ mentario illustravit, & una cum Tractatibus jam „ indicatis evulgavit. Inseruit eam postea *Mel-„ chior* GOLDASTUS *Statutis & Rescriptis imperia-„ libus. Francofurti ad Mœnum.* 1607. Fol. edi-„ tis, *p.* 28. *Christophorus* LEHMANNUS *Chronico* „ *Spirensi*, *Francofurti.* 1612. Fol. *ibidem* 1662. 4. „ *ibidem* 1698. Fol. *ibidem* 1711. eadem forma „ excuso, *L. II. cap.* 42. & GOLDASTUS *Consti-„ stitutionibus imperialibus, Francofurti* 1615. Fol. „ publicatis. Bene quoque de ea meritus est *Jo-„ achimus* CLUTENIUS, qui *Karoli III. Imper. Au-„ gusti Crassi* dicti *Constitutionem de Expeditione ro-„ mana* (von dem Römer - Zuge) illustratam „ commentario *Marquardi* FREHERI cum mantis-„ sa, *Augustæ Treboccorum.* 1627. 4to. edidit. „ Digna præterea habita fuit *Constitutio*, quæ tum „ in fine *Ludovici Cantarelli* FABRI Operis, quod „ *Traité des Fiefs & de leur Origine* inscripsit, &

„ quod

(x) Vide *Vitam M.* VELSERI a me *Bibliothecæ meæ Augustanæ, Alphabeto II.* descriptam, *p.* 189. 196.

„ quod post illius mortem filius, *Parisiis*. 1662. „ Fol. cum orbe literato communicavit, tum in „ *Miscellis antiquæ lectionis. Argentorati*. 1664. 8. „ publici juris factis quarto loco una cum *Marquardi* FREHERI *Commentario*, compareret. „ Deinde *Magnus* WEDDERKOPFIUS *Constitutionis* (y) *solius* novam editionem, *Francofurti*. „ 1668. in 12o procuravit, & præfationem *de* „ *feudorum originibus* adjecit. Majora præstitit „ *Corn. van* ECK, qui FREHERI editionem integram denuo recudendam curavit, & *Francisci* „ HOTTOMANNI *Elementa Juris feudalis* illi subjecit, *Ultrajecti*. 1698. in 8o in qua editione „ FORNERII & CONTII libelli primo & secundo „ loco collocati, & *Constitutio* cum FREHERI *Commentario* tertium demum occupat locum. Denique *Constitutionem* inter *Scriptores Rerum Germanicarum Reuberianos*, *Francofurti* 1726. Fol. „ recusos *pag*. 735. *sqq*. retulit *Georgius Christianus* JOANNIS, & BRUSSELIUS in Opus hoc ornatum titulo: *Nouvel Examen de l' Usage general* „ *des Fiefs en France pendant le XII. le XIII.* „ *le XIIII. Siécle. A Paris*, 1727. 4. & notulis suis illustravit. Omnium industriam longissime post se reliquit *Georgius Christianus* GEBAUERUS, qui *Constitutionem Karoli Crassi* „ *Imp*. vel *Conradi II. Salici Imp. de Expeditione romana* cum *Marquardi* FREHERI & alio- „ rum

(y) Id falsum est. WEDDERKOPFIUS utique FREHERI editionem integram dicto loco, annoque recudi curavit: ita ut FORNERIUS primo, CONTIUS secundo, & CAROLI III. *Constitutio* tertio loco extet. Omnia continent pagellas $10\frac{1}{2}$: Dicta *Constitutio* vero cum FREHERI *Commentario* nedum plagulas 2. explet.

„ rum notis, ac *Lud. Cantarelli* FABRI de eadem
„ *Commentatione* in lucem protulit, adjecta præfa-
„ tione de *Constitutionis* editionibus, & novæ *Joh.*
„ SCHILTERI *Institutionum Juris feudalis* editioni
„ a se *Lipsiæ*, 1728. 8. procuratæ *pag.* 193 — 288.
„ subjecit. Eandem *Constitutionem* in *Corpus Juris*
„ *feudalis Germanici*, *pag.* 515. 516. recepit Per-
„ illustris Dominus *de* SENCKENBERG, qui & ge-
„ nuinam illam esse ex Codice quodam Bibliothe-
„ cæ suæ demonstravit. Nec silentio prætermitten-
„ dum esse duco, *Nicol. Hieronymum* GUNDLINGI-
„ UM *Erläuterung der bekannten Constitution Conra-*
„ *di Salici* in *Gundlingianorum*, *P. XV. pag.* 413
„ — 438. dedisse; *Ulr.* OBRECHTUM elegantem
„ Dissertationem *de Expeditione romana*, *Argento-*
„ *rati* 1679. publice propugnasse, quæ nunc in ejus-
„ dem *Academicis*, *pag.* 445 — 458. legitur, & *Conr.*
„ *Samuelem* SCHURZFLEISCHIUM Dissertationem *de*
„ *Conrado Imp. Augusto ejusque Diplomate*, quod
„ *de Expeditione romana* inscribitur, vero auctori
„ vindicato, *Vitebergæ*. 1702. in arenam produxis-
„ se disputatoriam, cui GEBAUERUS in sua *Schilte-*
„ *rianarum Juris feudalis Institutionum* editione po-
„ stremum assignavit locum. " Hactenus ex GE-
BAUERO mox laudato GOEBELIUS sæpissime a me
citatus *p.* 69 — 71. Confer, si lubet, *Struvii Bib-
lioth. Juris*, *p.* 420.

20. *Rerum Moscoviticarum Auctores varii*, *unum in corpus congesti.* in fol. *Francofurti.* Apud Hæredes *Andreæ Wechelii.* 1600. *J. H. D.* GOEBELIUS *l. c. Nostro* diserte adscribit, & ante hunc *N. H.* GUNDLING, *l. c. p.* 3919. adscripsit, qui etiam *Contenta* ejus Libri recenset; quod ipsum & *B. G.* STRUVIUS in *Biblioth. histor.* Editionis *Buderianæ*, *p.* 1636.

Bibl. August. Alph. III. D fecit;

fecit: quin tamen illius editorem, FREHERUM, fuisse moneat. De cætero his verbis commendat Opus: *Utrique, & chorographiæ & historiæ Russicæ, subsidia præbent* Rerum Moscoviticarum Auctores varii &c. *quibus & gentis historia continetur, & regionum accurata, qualis tum dari poterat, descriptio.*

21. *Germanicarum Rerum Scriptores aliquot insignes, qui gesta sub Regibus & Imperatoribus Teutonicis jam inde a Carolo M. usque ad Fridericum III. perpetua fere serie, suis quique seculis, litteris mandata posteritati reliquerunt.* in *folio. Francofurti. Tomus I.* anno 1600. *Tomus II. res sub Friderico III. & Maximiliano I. gestas complectens*, anno 1602. *Tomus III. præmissis quibusdam superioris sæculi, sub Carolo V. acta narrans*, 1611. Primigeniam hanc editionem excepit altera *Francofurtensis*, cujus Tomus I. 1624. Tomus II. 1637. in *folio.* exiverunt. Tomus vero III. iterato haud impressus fuisse videtur. Huic editioni successit tertia, a *B. G.* STRUVIO adornata, *additis Scriptoribus aliis antea ineditis, cum Glossario, Locis aliorum Auctorum parallelis, Notis, & Indice rerum ac verborum copiosissimo.* in *folio.* Volumina III. *Argentorati.* 1717.

Primum Operis sui Tomum FREHERUS noster *Octaviano Secundo* FUGGERO, *Quirino* REHLINGERO *Duumviris, Septemvirumque Collegio, & amplissimo Decurionum* Ordini *Aug. Vindel.* suam *in venerabile patriæ nomen pietatem monumento aliquo probaturus*, dedicavit: *Secundum* dein *Duumviris, Septemvirumque Collegio & amplissimo Decurionum Ordini Reipublicæ Norimbergensis*, gratam de beneficiis tum in patrem ac suos, tum etiam se ipsum collatis beneficiis mentem testaturus inscripsit: *Tertium* denique *Prætoribus*, *Consulibus & Senatoribus* incly-

inclytæ Reipublicæ Argentoratensis, maxime ob memoriam *multæ magnæque comitatis & benevolentiæ, quam in ea, seu publico seu suo nomine transiens, nunquam non & privatim & publicitus expertus fuerat*, sacravit. Tribus his Tomis addere *quartum* decreverat FREHERUS; sed morte præventus non vulgavit: Nonnulla tamen a FREHERO ad mox memoratum Tomum quartum destinata postea STRUVIUS dictæ Editioni tertiæ inseruit.

Præmiserat FREHERUS *Tomo I.* suorum *Scriptorum Rerum Germanicarum* quoddam *Directorium in omnes vere, quos Superstites habemus, Chronologos, Annalium Scriptores & Historicos potissimum Romani ac Germanici Imperii.* Hoc anno 1611. *Philipp.* GLASERUS suum *Syngramma Historiæ theoreticæ &c.* Hoc *Samuel* RACHELIUS suam *distinctam Notationem Cæsarum Romanorum germanorumque &c.* itemque suam *Introductionem in Jus publicum Germaniæ, cap. XIV.* Hoc *Jo. Christian.* NEU suam *Mantissam ad Wheari Relectiones* exornarunt, sed nulla vel recognitione vel additione expolito. Quæ res permovit *Jo. Dav.* KOELERUM, ut *Directorium* hoc accurate recognitum, copiose auctum & plenius instauratum, primum quidem anno 1720. *Norimbergæ & Altdorfii.* iterumque anno 1734. *ibidem* ederet. Consule STRUVII *Biblioth. histor. p.* 652. *seqq.* Novissime illud *Ge. Christoph.* HAMBERGER augmentatum & correctum *Göttingæ*, anno 1772. in 4to. vulgavit; de qua editione consuli poterit MEUSELIUS in *Betrachtungen über die neuesten historischen Schrifften, Tom. V. p.* 167. Hucusque de *Directorio* FREHERI.

De ipsa *Freheriana* Collectione *Scriptorum Rerum Germanicarum* sic judicavit *B. G.* STRUVIUS in

Biblioth. histor. p. 798. *Nonam Collectionem magna cura ex thesauris litterariis Palatinis & suis adornavit ad res patrias curate percolendas natus Marquardus* FREHERUS. Et in Præfatione novæ Editionis horum *Scriptorum* a se adornatæ, *Tomo I.* ait: *Hic* (Marquardus noster) *prout in Antiquitatibus Germaniæ nostræ investigandis plurimum erat sollicitus, atque monumenta antiqua sollers excutiebat, insigne attulit germanicæ potissimum historiæ adjumentum, ut hæc ipsa multum ei debeat.* Conferri in hanc rem poterunt elogia Virorum coævorum memorato *Nostri* Operi præfixa. *Jacob.* BRUCKERUS *l. c.* monet: *Seine gröste Verdienste . . hat er wohl in den deutschen Geschichten, in welchen er mit vielem Fleisse und gutem Urtheile gearbeitet, und sich dadurch einen grossen und auch noch daurenden Ruhm erworben hat. Unter diesen Arbeiten verdienen seine Sammlungen der alten Geschichtschreiber von Deutschland, Böhmen, und Franckreich die Oberstelle: und ist sonderlich die erste eine unentbehrliche Quelle der deutschen Geschichte, und des sich darauf gründenden Staatsrechts. . ,* Audiamus quoquè *J.C.* WENDLERUM in *Dissert. II. de Merit. Reip. Aug. &c. Scriptorum Rerum Germanicarum Collectio . . duobus Tomis absolvitur, quorum primus Scriptores tales comprehendit, qui gesta a Carolo M. ad Fridericum III. descripserunt: Secundus illos continet, qui res sub Imperatoribus Friderico III. & Maximiliano: Tertius res sub Carolo V. gestas complectitur . . . Eminet autem præcipue Tomus primus, qui magno in pretio est Eruditis: laudatur etiam Tomus tertius : secundus autem varia continet, quæ tantum usum ætate nostra non præbent. Scriptorum Rerum germanicarum Collectionibus hactenus rarissimis Freheriana hæc annumerata fuit.* Sed raritatem Operis sustulit STRUVIUS nova editione, quæ tamen & ipsa jam rarescere coepit. Næ-

Nævos *Freheriani* laboris hujus caſtigarunt tres e Societate Jeſu Patres doctiſſimi, videlicet *Jac.* GRETSERUS, *Ignatius* SCHWARZIUS,& *Henr.* SCHUTZIUS, cujus *Comment. critic. de Script. & Scriptor. hiſtoric.* vide *pag.* 194. 195. 196.

22. *Joannis* TRITHEMII *Opera hiſtorica omnia in duas partes diviſa. Ex bibliotheca Marq.* FREHERI. in fol. *Francofurti.* 1601. His *tertiam* partem anno 1604. *Moguntiæ* excuſam, *Trithemii Opera pia & ſpiritualia* continentem, ſubmiſit *Joann.* BUSAEUS *Soc. Jeſu*, dicatam *Joanni Svichardo* Archiepiſc. *Moguntino.* Juvat ex memorata *Dedicatione* nonnulla decerpere, quibus *Noſtri* labor paululum illuſtratur: *Prodiere in lucem ante biennium* Jo. Trithemii.. Opera hiſtorica *in binis Tomis comprehenſa, quorum alter Celſitudinis tuæ deceſſori* Joanni Adamo, *alter Wirceburgenſium antiſtiti* Julio *fuit inſcriptus & dedicatus. Quoniam vero editionis Auctori nihil aliud propoſitum fuit, quam hiſtorica* Trithemii *monumenta divulgare, haud inane operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi ceteros quoque fœcundi ingenii foetus, quibus ille ſacras Benedictinæ familiæ ſuæ.. leges ac ritus.. mirifice illuſtravit, in eandem lucem vendicarem.* Hæc BUSAEUS, qui (valde id miror) *Noſtrum* vel nomine vocare neglexit.

Memorat ſpeciatim hanc *Noſtri* lucubrationem *J. C.* WENDLERUS *l. c. p.* 58. ſequentibus verbis: *Trithemii quoque Opera civilem & litterariam hiſtoriam illuſtrantia,* FREHERO *colligente, duobus Tomis majori forma in Officina Wecheliana ſunt vulgata.* Confer *N.H.* GUNDLINGIUM in *Hiſtorie der Gelehrtheit, p.* 444. 445. ubi contenta in duobus tomis *Freherianis* recenſentur.

23. *Res geſtæ Friderici Palatini Electoris, ejus nominis primi, Victorioſi vulgo dicti, Joanne* TRITHE-

MIO *Abbate Scriptore, notis & additionibus variis illustratæ. Accedit Petri* ANTONII *Finariensis de Dignitate Principum liber ad eundem Fridericum. Omnia nunc primum edita, Heidelbergæ, typis Jo. Lancelloti.* in 4to. 1602. Inseruit hoc Opusculum, ex TRITHEMII *Chronico Sponheimensi* & *Hirschaugiensi* a *Nostro* compilatum, *Joh. Jac.* REINHARD suis *Scriptor. Rer. Palat. Vol. I.*

24. ANDREAE *Presbyteri Ratisponensis Chronicon de Ducibus Bavariæ ante CC. paullo minus annos scriptum ad Ludovicum Palatinum Comitem Rheni, Bavariæ Ducem, Comitem in Mortain cum Paralipomenis Leonardi* BAUHOLZ *Presbyteri usque ad annum* 1486. *Ejusdem* ANDREAE *Historiæ fundationum nonnullorum Monasteriorum per partes Bavariæ. Omnia nunc primum & quam integerrime edita ex Bibliotheca Marq.* FREHERI *Consf. Palat. cum ejusdem Notis.* in 4to. *Ambergæ, typis Michaelis Forsteri.* 1602. De aliis editionibus separatis audiendus nobis est *Felix Andreas* OEFELIUS Bibliothecarius electoralis *Bavaricus*, dicens: *Denuo Ambergæ.* 1604. *in* 4to. *Hujus editionis meminit Cl.* JOECHERUS *in Lexico Eruditorum, T. I. p.* 395. *Memoro ipsius fide; mihi enim de hac Editione nihil præterea innotuit. Rursus, Hanoviæ.* 1607. *in* 4to. *Nec istam editionem me vidisse satis meminerim; tamen ex Catalogo præstantissimo Heinsianæ Bibliothecæ commemorat Casimirus* OUDINUS *Comment. de Script. eccles. T. III. c.* 2467. Extat præterea *Chronicon* hoc ANDREAE in KULPISII *Scriptoribus Rer. Germ. Argentorati.* 1685. in fol. una cum Notis *Nostri*, etsi nomen ejus non referant; & in nova Editione eorundem *Scriptorum* a *Joanne* SCHILTERO 1702. *ibidem* publicata. Sæpissime laudatus GOEBELIUS *l. c. p.* 73. affirmat, idem *Chronicon* haberi in *Bern.* PEZII *Thesauro Anecdot. noviss. T. IV. P. III.*

P. III. & in ECCARDI *Corpore Histor. med. ævi, T. I. n.* 25. sed turpiter fallitur; nam in utroque horum Auctorum extat ANDREAE *Chronicon generale*, omnino diversum ab ejusdem *Chronico de Ducibus Bavariæ*, de quo hic agitur.

Primus autem FREHERUS in lucem produxit hoc *Chronicon Bavariæ partim ex tabulariis Palatinis, partim e privatis suis scriniis desumptum, suaque manu descriptum, & collatione exemplarium integritati suæ restitutum*, dicavitque anno 1602. X. Kal. Sept. *Heidelbergæ*, *Maximiliano* Bavariæ Duci. Conferri oppido meretur *F. A.* OEFELIUS in *Script. Rer. Boicarum, T. I. p.* 4. 8. 9. 10.

25. *Bedencken, ob der Churfürst von Pfalz in caussis gravatoriis des Kaysers Richter seyn könne?* 1602, iterum 1610.

Hujus Scripti auctores FREHERUM & *Mich.* LOEFENIUM facit STRUVIUS in Libro: *Von Religions-Beschwerden, P. I. p.* 467. Consule SENCKENBERGIUM *de Judiciis Principis Palatini in Cæsarem.* 4to. *Francofurti.* 1745. *p.* 78. Extat in LONDORPII *Act. Publ. T. I. L. I. c.* 4. & alibi, sæpius recusum.

26. *Scriptores antiqui Rerum Bohemicarum aliquot ex Bibliotheca Marq.* FREHERI. in fol. *Hanoviæ.* 1602. Dedicavit *Noster*, suadente *Salomone* RYSINSKI amico suo, *Christophoro* RADZIVILIO, Duci *Birzarum e Dubinkis*, S. R. I. Principi, qui, ad *Nicrum Palatinum diverteus*, *Nostrum* notitia & accessu suo dignatus fuerat. Confer *Eliæ* EHINGERI *Catalog. Biblioth. August. p.* 549. *B. G.* STRUVII *Bibl. histog.* Edit. *Buderianæ. p.* 860. & 1060., qui Contenta libri enumerat. Vide quoque *Ejusdem Bibl. antiq.* 1706. *p.* 129. Posuerat FREHERUS in limine hujus Collectionis COSMAE *Pragensis Chronicon*, sed

illud vix fexta fui parte exhibuit ; cum Codice ufus effet adeo mutilo, ut in Libro I. & II. multa defiderarentur, Liber III. vero omnino deeffet. Hinc in itinere *Bohemico* ac *Polonico* meliorem nactus Codicem, cum in *Germaniam* rediiffet, integrum *Chronicon* illud dedit ; de quo inferius dicetur.

Accipe, Lector! judicium *J. C.* WENDLERI *l. c. p.* 58. dicentis: *Collegit etiam* FREHERUS *Scriptores Rerum Bohemicarum. . . Palmam in hac Collectione fcriptoribus omnibus praeripiunt* DUBRAVII *Hiftoria bohemica* &*Matthiae a* SUDETIS *de origine Bohemorum fcriptum, in quo tum patrias tum exteras origines pulchre & cum eximio delectu, notante* SCHURZFLEISCHIO (In Opp. hiftorico - polit.. p. 397.) *inveftigat.* NICERONIUS *T. XXI. p.* 240. de his *Scriptoribus* in hanc fententiam judicat : *Cette Collection eft bonne, & contient principalement Aeneas Sylvius & Dubravius, qui font les meilleurs Ecrivains de l' hiftoire de Bohême.* STRUVIUS in *Bibl. hiftor. p.* 861. gratias inde FREHERO habendas effe, monet.

27. *Sapphirus Conftantii Imp. Aug. expofita a Marquard.* FREHERO. 1602. in 4to. *fine loco.* item *Heidelbergae.* 1604. in 4to. iterum *ibidem* in 4to. 1681. edente, Notisque augente *Henr. Günth.* THULEMARIO, hoc titulo : *Gemmarum biga, fcilicet Sardonyx &* SAPPHIRUS *olim a Marq.* FREHERO *explicafta.* Nuper acceffit *Sapphirus* fola *Du* FRESNII *Gloffario mediae & infimae Latinitatis. Bafileae.* 1762. ad calcem *Tomi VI.* Separatim primitus prodiiffe hoc Opus anno 1599. *Heidelbergae*, in 4to teftatur NICERONIUS *T. XXI. p.* 237. V. *Catalogum J. B.* MENCKENII, p. 198. & *J. C.* MYLII *Bibliothec. no.* 1722. De hac *Sapphiro* ipfa vide *Joach. a* SANDRAT *deutfche Academie.*

Dica-

Dicavit hanc fuam *Sapphirum* FREHERUS *Marco* VELSERO Duumviro *Auguftano.*

28. *Jufti* LIPSII *in C. Tacitum Notæ cum MSSto. Codice Mirandulano collatæ a Pompeo* LAMPUGNANO. *Bergomi.* 1602.

Tribuit hoc Opus *Noftro* BOECLERUS in *Bibliograph. hiftorico - curiofa* §. 27. & in *Bibliograph. critic. p.* 277. Negat *N. H.* GUNDLINGIUS in *Hiftorie der Gelehrtheit, p.* 3920. in *Notis.* Alii *Hippolyto a* COLLIBUS adfcribunt. Plura in hanc rem habes in *Vincent.* PLACII *Theatro Pfeudonymorum, p.* 411.

29. *Petri de* ANDLO *de Imperio Romano, Regis & Augufti creatione, inauguratione, adminiftratione, officio & poteftate Electorum, aliisque Imperii partibus, juribus, ritibus & cerimoniis Libri duo, ad Fridericum III. Imp. fcripti & nunc primum typis editi. Curante Marq.* FREHERO *Confil. Palat. Accedunt feparatim Lupoldi de* BEBENBURG *& Hieronymi* BALBI *ejusdem Argumenti Libelli.* in 4to. *Argentorati.* 1603. iterumque *ibidem.* 1612. in 4to. cui editioni Notas ampliffimas FREHERUS addidit, & Auguftum *Matthiæ Imp.* nomen præfixit.

Lupoldus de BEBENBURG in hifce editionibus defideratur (*) *quem* dein *Matthias* BERNEGGERUS cum Notis FREHERI pofthumis, quæ ad fexdecim priora capita pertingunt, & BALBI *Libello* in 4to. *Argentorati* 1624. publicavit. Recufi fuerunt hi Libelli *Heidelbergæ*, typis *Adriani Wyngærden. Petri de*

(*) Errat hoc loco GOEBELIUS de Editione anni 1603, nam hoc anno LUPOLDUS, *Petrus de Andlo*, & *Hieronymus Balbus Argentorati* prodiverunt, tefte *Elia* EHINGERO in *Catal. Biblioth. Auguftanæ, p.* 323.

ANDLO Tractatus etiam invenitur in *Repræsentatione Reipublicæ Germanicæ, sive Tractatibus de S. R. G. I. Regimine*, *ab* OELHAFEN *collectis &c. Norimbergæ*. 1657. *editis*.

Notas FREHERI in *Petrum de* ANDLO *præclaras* esse, affirmat STRUVIUS in *Biblioth. Juris*, *p*. 700.

30. *Stephani* FORCATULI *& Petri de* BELLAPERTICA *Commentarius de Feudis*. in 8o. *Hanoviæ*. 1603. Dicavit *Noster* duobus nobilibus Fratribus *Polonis*.

31. *Constantini Imper. Byzantini Numismatis argentei Expositio duplex Jos.* SCALIGERI, *Jul. Cæs. F.& Marquardi* FREHERI. in 4to. *Absque loco*. 1604. deinde *Parisiis*. 1610. in 4to. iterum *Lud. Batav*. in 8o. 1616. FREHERI *Expositionem* jam anno 1600. *Heidelbergæ*. in 4o. seorsim prodivisse docet NICERONIUS, *T. XXI. p*. 238. Exhibet hujus Expositionis recensionem CAMERARIUS *Horarum subseciv. L. III. c*. 74. & integra occurrit in SCALIGERI *Opusc. posth*. Confer BRUCKMANNI *Bibl. numism*. p. 43. Editio a THULEMARIO promissa lucem non vidit. Germanica tamen interpretatio *Bremæ* anno 1705. in 4to. cum Numismate ligno inciso exstat, facta a *N. B.*

Anselmus BANDURUS in Bibliotheca nummaria, quam *Numismatibus Imperatorum* a se anno 1718. *Parisiis* editis præmisit, *p. XX*. hanc FREHERI lucubratiunculam, quæ primum seorsim prodiit anno 1600. *plane ineptam*: SCALIGERI vero *Dissertationem* alteri editioni præpositam *elegantissimam* vocat.

32. *De Re monetaria veterum Romanorum, & hodierni apud Germanos Imperii Libri duo. Accedit Nicol.* ORESMII *de Origine & Potestate, nec non de Mutatione Monetarum Liber subtilissimus: cum succincto Tractatu ejusdem argumenti Gabrielis* BYEL, *&*

Notis

Notis in utrumque locupletissimis. in 4to. *Lugduni* (teste NICERONIO, *Lupoduni*, vel, ut rectius *Catalogus Biblioth. Bünav. T. II. p.* 599. habet: *Lubduni.*) apud *Gotthard. Voegelinum. Isaac.* CASAUBONUS *Epist.* 466. ita ad *Nostrum* de his scribit: *De Libro tuo eruditissimo* super Re monetaria *immortales tibi gratias ago.* V. STRUVII *Biblioth. Juris, p.* 189. ubi Opus anno 1605. excusum dicitur. Dignum censuit Opus *Joh.* GRAEVIUS, quod suo *Thesauro Antiquit. Roman. T. XI.* insereret.

Nuncuparat *Noster Joann. Svickardo*, Moguntino, *Lothario* Trevirensi, *Ernesto* Coloniensi Archiepiscopis, & *Friderico* Palatino *Rheni.*

33. HIEROCLIS *Facetiæ cum Notis Freheri.* V. STRUVII *Acta litterar. ex MSStis. eruta, fasc. VI. p.* 63. Extat in Bibliotheca publica *Augustana*, constatque plagulis duodecim. Titulus est: *Hieroclis Philosophi Facetiæ de priscorum Studiosorum Dictis & Factis ridiculis, nunc primum editæ cum notis & variis variorum characteribus & notationibus Scholasticorum.* in 8o. *Lubduni.* 1605. *Græce* & *Latine.* Etsi vero nec titulus, nec præfatio nomen *Nostri* præferat, tamen *Nostri* esse, locus tum impressionis, tum præfationis, quæ ex *Myrtiletto* data est (Inde scilicet plura dedit FREHERUS) dein ætas, & ipsa editoris persona produnt: qui multis se negotiis præfuisse indicat; nec tamen, medio in otio, indulgere otio solitum fuisse ostendit. Ait enim: *Eum* (Hieroclem) *nuper, cum otium esset, & animum, oblectandi gratia, sicut in ludum mitterem, ex veteri libro descripsi, transtuli, operaque tralatitia .. castigavi.*

34. *A Pii Papæ II. Excommunicatione injusta Sigismundi Archiducis Austriæ, Comitis Tyrolis &c. & Gregorii de* HEIMBURG *D. Appellationes & Contradictio-*

dictiones, *Theodori* LAELII *Episcopi Feltrensis & dicti Gregorii Heimburgensis contrariis disputationibus, nunc primum e MSStis. erutis discussæ & illustratæ. Cum Notis. Ad SSmum. Ducem & amplissimum Senatum Venetiarum.* in 4to. *Francofurti.* 1607. Confer NICERONIUM *T. XXI. p.* 247.

Qualis vir fuerit *Gregorius de* HEIMBURG discet Lector ex *Oder.* RAYNALDO, *Annal. eccles. Tom. X.* Editionis *Luccensis.*

35. *Cecropistromachia*, *antiqua duelli gladiatorii Sculptura in Sardonyche*, *exposita a Marq.* FREHERO, in 4to. *Heidelbergæ.* 1607. Recudi curavit *Henr. Gunth. Thülemarius*, sub titulo: *Gemmarum biga, scilicet Sardonyx & Sapphirus.* in 4to. *Heidelbergæ.* 1681. Extat etiam in *Joh.* GRAEVII *Thesauro Antiquit. Roman. Tom. IX.* De *Sapphiro* vide superius *no.* 27.

Inscripsit *Noster* D. *Hermanno Adolpho* Comiti *in Solms &c.* cujus Agnatus *Joh. Albertus* sardonychen illam attulerat. Accinuit huic *Expositioni Janus* GRUTERUS pulchro Epigrammate.

36. COSMAE, *Pragensis ecclesiæ Decani*, *Chronicæ Bohemorum Libri III. Item Vita S.* ADALBERTI: *præfixis Ducum Regumque elogiis decantatis a Martino* CUTHENO *& Casp.* CROPACIO. in fol. *Hanoviæ.* 1607.

Nonnulla ad hoc *Chronicon* spectantia superius *no.* 26. a me dicta sunt. Consecravit autem *Noster* præsentem laborem hunc suum *D. Petro Wock Ursino a* ROSENBERG, primario *Bohemorum* Dynastæ, sequentibus dedicationem ordiens verbis: *Hunc quoque fructum bohemici & polonici itineris*, *lustro superiore Principis mei missu suscepti*, *tulisse gaudeo; quod dum in regia urbe Praga diversor*, *memorabile istud moni-*

monimentum indigenæ vetustatis in manus meas bona fortuna detulit, idque integrum....

Cum Opus hoc multum rarefceret, *J. B.* MENCKENIUS inter *Scriptores Rerum Germanicarum, Lipsiæ.* 1728. editos *T. I. p.* 1955. recudi fecit, adjectis annotationibus *C. G.* SCHWARZII. Confule *Præfationem* dicti *Tomi.* Idem MENCKENIUS insuper plures *additiones & emendationes* ad iftud *Chronicon* e Codice Tabularii *Dresdensis*, *Tom. III. p.* 1771. exhibuit: hisque fubjunxit *Supplementa* feu *Continuationem Chronicæ*, *Auctore Anonymo* ab anno 1125. ad 1142. perductam, quam denique *P. Erasmus* FROELICH *S. J. Viennæ.* in 4to. pleniorem edidit anno 1755.

37. *Sulpitius, five de Aequitate Commentarius* ad L. 1. C. de Legibus. in 4to. *Francofurti.* 1608. Extat etiam in *Everard.* OTTONIS *Thefauro Jur. Rom. T. IV.* V. *Eliæ* EHINGERI *Catal. Biblioth. Augustanæ*, *p.* 525. STRUVIUS in *Biblioth. Juris, p.* 132. Tractatum hunc *in pretio esse*, monet.

38. *Beschreibung der Wetterauischen Länder*, i. e. Descriptio regionum Wetteraviæ, fub ficto nomine WETTERMANNI. in 4to. *Francofurti.* 1608. tefte *Mart.* LIPENIO in *Bibl. philofoph. p.* 1586.

Scriptum eft Opus hoc adverfus *Wilh.* SCHEFFERI, dicti *Dilich*, *Chronicam Hassiacam* vernaculam, librum valde mediocrem, *Cassellis.* 1605. in 4to. editam & (quod mireris) *ibidem* anno 1606. 1608. & 1617. recufam, nunc tamen rariorem. Conf. SENCKENBERGII *Selecta Jur. & Hist. T. III. p.* 61. in *Præloquio.* Recudi curavit hanc *Wetteraviæ* defcriptionem, & *Deductioni* ad defendenda equeftris Ordinis medii Rheni Jura præmifit *Steph. Christoph.* HARPPRECHT *de Harpprechtftein &c.* præfixo titu-

lo

lo sequenti: *Weyrich* WETTERMANNS *Wetteravia illustrata oder historischer Bericht von der Wetterau, Rhingaw, Westerwald, Haynrich und andern an das Fürstenthum Hessen gränzenden Landen &c. &c. &c.* in fol. 1731. (z) Habetur idem Opus in *J. A.* BERNHARDI *Antiq. Wetterav. Hanoviæ.* 1731. & in *Joh. Philippi* KUCHENBECKER *Analectis Hassiacis. Collect. II. p.* 370. ubi in Præfatione *Nostrum* nonnihil castigat KUCHENBECKERUS dicens: *Editus fuit* (Libellus)... 1608. *per Matthiam Becker, impensis Joan. Theodori & Joh. Isr. de Bry .. ac Marq.* FREHERUM, *maximi nominis Historicum, auctorem habet. Nititur autem in eo præcipue adstruere, hodiernos Hassos neutiquam descendere ab antiquis Cattis... Sed lubrica sunt, quibus hoc probare vult argumenta, ac tanto viro vix digna....* Contra *N. H.* GUNDLING in *Hist. der Gelehrth. p.* 3916. adstruit: *neminem* FREHERO *doctius de Wetteravia scripsisse*, optatque Opus denuo recudi; latuerunt eum scilicet supra dictæ editiones.

Ceterum FREHERUS ipse se hujus Scripti auctorem prodit in *Originibus Palatinis, P. II. c.* 7. & in *Epistola* 184. ad GOLDASTUM. Confer *Joh. Christoph.* MYLII *Bibliothecam.*

39. *Gregorii de* HEIMBURG *Scripta juridica.* in 4to. *Francofurti.* 1608. Editor horum FREHERUS est: qui postea, quod illa paucos emptores haberent, mutato titulo & quibusdam novis additis, consulere rationibus librarii studuit. V. Ejus *Epistolam*, in GOLDASTI *Collect. p.* 232. Vereor, ne idem Opus sit cum illo, quod superius *no.* 34. occurrit.

40. *Ora-*

(z) Fusissime Titulum Operis exponit *J. H. D.* GOEBELIUS *l. c. p.* 76. Ego summam illius attulisse satis habeo.

40. *Orationis dominicæ & Symboli apostolici alemannica Versio vetustissima, Marq.* FREHERI *Notis exposita.* in 4to. 1609.

41. *Decalogi, Orationis, Symboli saxonica Versio vetustissima, Marq.* FREHERI *Notis exposita.* in 4to. *Typis Gotthardi Voegelini.* 1610. Aliam Editionem *Parisiis* anno 1610. iterumque *ibidem* anno 1620. excusam memorat *Göbelius l. c.* penes quem fides sit.

Inseruit hoc Opusculum *Notitiæ historico-politicæ Saxo-Westphaliæ, Joh. Just.* WINCKELMANNUS. *p.* 454. CASAUBONUS *de Lingua Saxon. p.* 144. FREHERUM idcirco laudat his verbis: *Marq.* FREHERUS, *vir clarissimus & doctissimus, quanti Saxonica nostra faceret, edita (cum Oratione dominica & Symbolo Apostolorum) Decalogi versione vetere Saxonica cum Notis eruditis, omnibus palam fecit.* Conferatur omnino ECCARDI *Catechesis theotisca. Hanoveræ.* 1713. in 8o. *p.*187. ubi rarissima Opuscula hæc repetita fuerunt.

42. *Constantini M. Imperatoris Donatio Sylvestro Papæ Romano inscripta, non ut a Gratiano truncatim, sed integre edita, cum versione græca duplici Theod.* BALSAMONIS *& Matth.* BLASTARIS: Item *Ottonis III. Imperatoris Donatio Sylvestro II. facta, in qua de fide & auctore Constantinianæ testimonium, commentariis amplissimis illustrata.* in 4to *Heidelbergæ.* 1610. Liber rarissimus, typis *Vögelini* admodum nitidis impressus, de quo videsis CLEMENT *Bibliotheque, T. VII. p.* 274. & *Henr.* SCHUTZ in *Commentario critico de Scriptis & Scriptor. histor. p.* 193. Harum unam *Jacobo* Angliæ Regi, alteram *Leonardo* Venetorum Duci, suppresso Auctoris nomine, dicavit.

Esse

Esse FREHERUM & editorem & commentatorem harum *Donationum*, elucet ex illius *Epistola* ad GOLDASTUM, nec non ex LEHMANNI *Chronico Spirensi* *l.* 3. *c.* 24. qui eas jam 1607. in lucem prodivisse asserit. *Freheriano* commentario multum deinde usus est *Nicol.* HENNELIUS in *Otio Vratislaviensi &c.* ubi *c.* 22. *Donationis Constantinianæ* falsitatem multis argumentis ostendit. Confer *J. H. D.* GOEBELIUM *l. c. p.* 78. qui locum HENNELII satis prolixum in medium affert. Quod ad Donationes *Sedi Romanæ* factas attinet, rem totam ante quinque (& quod excurrit) lustra ex ipsis fontibus mirifice illustravit *Cajetanus* CENNIUS editis *Romæ*, in 4to. anno 1760. *Monumentis Dominationis Pontificiæ*, in quibus donationes genuinas a spuriis, veras a fictitiis sollicite discrevit: *Donationem*, de qua hoc loco sermo est, rejiciens quidem, alias tamen *Constantini*, *Patriciorum*, *& aliorum Deum timentium* adstruens, *Tom. I. p.* 304. 306. 352. 353. & *Tom. II. p.* 221.

43. *Foederis* LUDOVICI *Germanici, &* KAROLI *Galliæ Regum*, *Pii filior. Magni nepot. apud Argentoratum anno* 842. *percussi Formulæ. Utriusque linguæ monumentum ut unum omnium, quæ hodie supersunt, vetustissimum, ita obscurissimum hactenus habitum: nunc vero demum ex archetypis restitutum & παραλλήλως Notis expositum, studio Marq.* FREHERI. *Accedit elegans quæstio: qua proprie lingua prisci Francorum reges usi? Ad N. V. Jacobum* BONGARSIUM *Regium Consiliarium.* in 4to. Sine nomine typographi & loci. 1611. *Heidelbergæ* impressum Opus esse affirmat NICERONIUS *T. XXI. p.* 242. Habetur etiam in *Tomo II. Andreæ du* CHESNE *Script. Rer. Franc.* Confer, si lubet, librum: *Beyträge zur critischen Historie der deutschen Sprache*, *T. II. p.* 448.

44. *Con-*

44. *Constitutio* ADOLPHI *Romanorum Regis, Comitis Nassovii, in Curia Norimbergensi anno* 1293. *promulgata de insulis Rheni & diversis aliis capitibus: Nunc primum edita & commentario illustrata, studio Marq.* FREHERI, *Consil. Archipalatini. Accedit specimen Legum curiatarum, quas idem magno numero Reipublicæ, Deo bene juvante, dare destinat.* in 4to. *Heidelbergæ.* 1611. Apud *Vögelinum* nitide impressa. Repperitur etiam in *Repræsentatione Reipubl. Rom. German. n.* 14. *p.* 617.

In Prolegomenis de Curiis Cæsarum & Legibus curiatis prolixe agitur, quarum specimen auctor esse voluit dictam *Adolphi Constitutionem.* Commentarius a *Nostro* additus, doctus quidem est; sed in eo Jus *Romanum* cum *Germanico* confunditur.

45. *De Regibus Siciliæ & Apuliæ,* in queis & nominatim de Alfonso Rege Arragonum, Epitome *Felini* SANDEI *nunc primum in lucem edita. Item Paralella Alfonsina, sive Apophtegmata Cæsarum Principumque Germanorum & aliorum, Alfonsi Regis dictis & factis memorabilibus per Ant. Panormitam descriptis, sigillatim opposita per Aeneam Sylvium Piccolominium Episc. Senensem, qui postea Pius II. nunc demum & accurate contra & παραλλήλως composita. Quibus accedunt Bartholomæi* FACCII *Genuensis de humanæ vitæ felicitate Liber.. item de excellentia & præstantia hominis, e MSS. nunc primum edita, ex Bibliotheca Marq.* FREHERI, *cum Præfatione ejusdem & Notis.* in 4to. *Hanoviæ.* 1611. Dicavit *Noster* Opus hoc *Philippo Ludovico* Comiti in *Hanaw* & *Rineck* &c. &c.

46. *De legitima Tutela Curaque electorali Palatina, ex integro ad auream Caroli IV. Bullam Commentario Marq.* FREHERI. in 4to. *Heidelbergæ.* 1611.

item *ibidem*, in 4to. 1611. Editio auctior, uti docet NICERONIUS, *T. XXI. p.* 242. Extat præterea in *Repræsentatione Reipublicæ Romano - Germanicæ. no.* 3. *p.* 383. Dedicatio a *Nostro* ad *Joannem* Palatinum Rheni scripta est, in qua ait: *se mox meliora producturum; esse enim in parato* Vitam Ruperti Regis optimi *non tralatitie descriptam.* Confer *Christiani* GRYPHII *Dissertationem de Scriptor. Histor. Sæculi XVII. illustrant. p.* 93. item LUDEWIGIUM *ad Bullam auream*, *T. I. p.* 722. 725. *seqq.* STRUVII *Biblioth. Juris*, *p.* 623. 629.

47. *Commentatio nova de testamentaria Tutela Curaque electorali libera & integra*, *cum Sigismundi Imp. Bulla.* in 4to. *Heidelbergæ.* 1611. iterum *ibidem*, 1614. Reperitur etiam in *Repræsent. Reipubl. Rom. German. no.* 9. *p.* 497. Respondit *Christoph.* GEWOLDUS, nomine aulæ Bavaricæ, edita *Antithesi de Palatino Electoratu* (Vide mox sequentem *numerum*) eoquod FREHERUS adseruisset: *jus creandi Cæsaris Comitibus Palatinis Rheni, proprie quatenus Palatinis, non vero ut Ducibus Bavariæ, deberi.*

48. *De Electoratu S. R. Imperii, Comitivæ Palatinæ Rheni antiquitus adnexo & cohærente, ad Cl. V. Christoph.* GEWOLDUM &c. *Epistola responsoria Marquardi* FREHERI. in 4to. *Heidelbergæ.* 1612. iterum *ibidem.* 1614. Habetur etiam inserta Operi: *Repræsentatio Reipublicæ Romano-Germanicæ. no.* 5. *p.* 449. Scripta est autem Epistola hæc adversus *Christoph.* GEWOLDI *Antithesin de Palatino Electoratu.* Opposuit huic FREHERI *Epistolæ* sequentem *Christoph.* GEWOLDUS Tractatiunculam: *Ad responsoriam Epistolam Cl. V. Marq.* FREHERI *&c. de Palatino Electoratu Replicatio.* in 4to. *Monachii.* 1612.

49. *Kur-*

49. *Kurzer und gegründeter Bericht über die Frag: ob die Römisch - Kayserliche Mäjeſtät in Sachen, Fürſtenthumb, Herzogthum, Graffchaften &c. belangend, ſo vom Reich zu Lehen rühren, und einem Theil gänzlich und endlich abgeſprochen werden ſollen, allein und zwar durch Dero Reichs - Hofrath, oder mit Zuziehung der Chur - und Fürſten des Reichs, als Parium Curiæ, zu erkennen und zu ſprechen?* in 4to. *Sine loco.* 1613. Extat etiam in LONDORPII *Act. publ.* ad annum 1608. Similiter GOLDASTUS & LUNIGIUS Collectionibus illud ſuis inſeruerunt. Confer SENCKENBERGIUM *de Judiciis Principum &c.* in 4to. in *præfatione, p.* 6. ubi ait: *Primus omnium* LOEFENIUS *ſive* FREHERUS *Judicium Principum per ſeſqui ſæculum fere ſepultum ab inferis reduxit.* Vide etiam DECKHERRUM *de Script. adeſp. p.* 154. & PLACII *Theatrum Anonymorum, no.* 1814. Conſule item STRUVII *Biblioth. Juris, p.* 826. ubi Scriptum hoc, *nobile eſſe,* dicitur, & inſuper de ſequenti mentio fit.

50. *Gründlicher Unterricht der Frage: ob der Kayſerliche Reichs - Hofrath mit und neben dem Kayſerlichen Kammer - Gericht concurrentem Jurisdictionem in allen und jeden Sachen ohne Unterſcheid habe?* 4to. *Amberg.* 1613. Confer STRUVIUM *von den Religions-Beſchwerden, P. I. p.* 434. & PLACII *Theatr. Anonym. no.* 1784. Gallice etiam prodiit Tractatus iſte ſub titulo: *Vraie Information touchant une queſtion: ſi le Conſeil de l'Empereur, qui ſe tient à la Cour de ſa Majéſté, peut & doit avoir en toutes ſortes de cauſes ſans difference une Jurisdiction concurrante avec la Chambre imperiale?*

51. *Diſputatio politica. Hanoviæ.* 1613. Hæc non niſi ex MYLII *Biblioth. no.* 1451. nota mihi eſt, ubi MYLIUS addit: *Oppoſita eſt* BELLARMINO, *qui con-*

tra FLACCIUM *scripserat. Quidam hanc Disputationem tribuunt* GOLDASTO *&* FREHERO.

52. *Corpus Historiæ Francicæ veteris & sinceræ, in quo prisci ejus Scriptores, hactenus miris modis in omnibus editionibus depravati & confusi, nunc tandem serio emendati & pro ordine temporum dispositi, pseudepigrapha veris suis Auctoribus restituta, omnia denique Notis marginalibus illustrata.* in fol. *Hanoviæ*, 1613.

De hoc Opere conqueritur *Le* LONGIUS in *Bibliotheque historique de la France, n.* 7006. *p.* 348. multa ibi adhuc superesse sphalmata, ab *Andrea du* CHESNIO seu QUERCETANO, qui *Historiæ Francorum Scriptoribus coætaneis* id postea inseruit, correcta. Hinc NICERONIUS *T. XXI.p.* 244. ait : *Cette Collection, qui n'est pas correcte, est devenue inutile depuis celle d'André du* CHESNE *; aussi est-elle peu recherchée.* Contenta Operis enumerat *B. G.* STRUVIUS, & *N. H.* GUNDLINGIUS, hic in *Historie der Gelehrtheit, p.* 3913. ille in *Bibliotheca historica*, edit. *Buderianæ, p.* 310. ubi addit. *Porro lucem vidit Corpus Francicæ Historiæ &c. quod debemus providæ curæ Marq.* FREHERI .. *qui dedicatoriæ Inscriptioni ad Ludovicum XIII. Galliarum Regem initiales saltem litteras celeberrimi nominis sui* (M. F.) *subscripsit.* Confer *J. C.* WENDLERI *Dissert. II. de Merit. Reipubl. August. p.* 57. qui monet: *Gregorium Turonensem a* RUINARTIO, item *Eginhardum* a SCHMINCKIO multo melius fuisse editos. Vitia alia *Freherianæ* hujus Lucubrationis fusius exponit *Henr.* SCHUZ *S. J.* in *Comment. critic. de Scriptis & Scriptoribus historicis, p.* 351. *& seqq. &* 195. Honorarium autem, quod *Noster* a typographo accepit, non nisi unum Thalerum imperialem in singula

gula folia fuiſſe, ipſe GOLDASTO (V. *Virorum clarorum Epiſtolas ad hunc p.* 431.) indicavit. Conſule etiam (ſi quidem lubet) Librum: *Merckwürdigkeiten der Dresdenſchen Bibliothek. T. III. p.* 477.

53. *Ad Cl. V. Chriſtoph.* GEWOLDI &c. *Epiſtolam monitoriam, De ſuſcepta ſeu Recepiſſe Marq.* FREHERI &c. in 4to. *Heidelbergæ.* 1614. Habetur etiam in *Repræſentatione Reipublicæ Romano - Germanicæ. no.* 8. *p.* 487. Quoniam FREHERUS per biennium ferme ſiluerat ad *Chriſtoph.* GEWOLDI *Replicationem* (Vide ſuperius *No.* 48.) is ſupra dicta *Epiſtola monitoria Noſtrum* ad reſpondendum excitavit. „ Paraverat quidem FREHERUS ad GEWOLDI *Re-* „ *plicationem* reſponſionis materiam primo quoque „ tempore editurus; ſed in edendo *Neoburgicorum* „ tricationibus impeditus, moras trahebat. " Hinc, ab Antagoniſta moræ impatiente provocatus, ſive quod aliis negotiis obrutus, ſive quod ob mortem imminentem moroſior factus eſſet, tantum has *de Suſcepta* paucas pagellas repoſuit. Has contra GEWOLDUS *Apodoſin de Suſceptam ſeu Recepiſſe*, anno 1614. *Monachii*, FREHERO interim fatis ſupremis defuncto, publicavit, tandemque anno 1616. ibidem juſtum *de Electoratu Commentarium* in 4to. emiſit, quem anno 1621. cum *Palatini* res plane deſperatæ eſſent, auctiorem denuo edidit. Cæterum de tota hac Controverſia videri poteſt *Chriſtian.* GRYPHIUS in *Scriptor. Hiſt. Sæculi XVII. illuſtrant. p.* 93. qui de ſcriptis ultro citroque editis ſic ſentit: *Laudanda eſt in utroque* (FREHERO & GEWOLDO) *inſignis eruditio; unde etiam in Repræſent. Reipubl. Rom. Germanicæ omnia iſta ſcripta, magno Antiquitatis Germanicæ ſtudioſorum bono, recuſa fuerunt.* Sed ea res non obſtat, quin primæ horum ſcriptorum

editiones quam rariſſimæ ſint. Neque illud hoc loco omittendum eſt, magno Rei litterariæ commodo accidiſſe, ut GEWOLDUS & FREHERUS invicem colliderentur; quippe GEWOLDUS (obſervante LUDEWIGIO, in *Præfatione* ad *Reliquias MSStorum. omnis ævi*, *p.* 99.) plura Diplomata antagoniſtæ FREHERO, cui Tabularium *Palatinum* patuit, in *Originibus Palatinis*, & in *Deſcriptione Lupoduni* extorſit: quæ, absque illo diſſidio, in publicum forſitan nunquam emanaſſent. Confer STRUVII *Bibliothecam Juris*, *p.* 615. ubi *Noſtrum* inter eos Scriptores, qui laudem præcipuam habent, quod Scripta ſua Diplomatibus illuſtrarint, annumerare minime omiſit.

54. *Carmina* varii argumenti, quæ extant in *Deliciis Poëtarum Germanorum*, *Tomo III.* Editionis *Francofurtenſis*, a *pag.* 289. *usque ad pag.* 322.

Audivimus de Operibus, quæ *Noſter* ſive ſuopte ſcripta ingenio, ſive ab aliis concinnata Auctoribus, dum in vivis fuit, edidit. Audiamus modo de ejusdem *poſthumis*.

55. *Commentarius ad Cap. VII. aureæ Bullæ Carolinæ de Succeſſione Principum in Primogenitis & Hæredibus eorum. Acceſſit alius ejus Bullæ inſignis locus de Principum juniorum, electoralibus domibus natorum, inſtitutione in Grammatica ſeu lingua Latina.* in 4to. Typis *Gotthardi Vögelini.* 1615.

Edidit hoc Opusculum, quorum alterum *Heidelbergæ* jam anno 1612. lucem aſpexerat, poſt parentis obitum *Fridericus* FREHERUS, *Marquardi* filius. Collocata ſunt in *Repræſentat.Reipubl. Romano-German. no.* 12. & 13. *pag.* 589. Ita GOEBELIUS *l. c. p.* 83. ubi etiam *Noſtrum*, a GOLDASTO accuſatum, ac ſi, *quod mente meditabatur, pro jam elaborato & præſtito polliceri conſueviſſet*, defendit. Con-

Confer, si lubet, STRUVII *Bibliothecam Juris*, *p.* 620.

56. *Sigismundi Imperatoris Bulla integra cum Notis perpetuis Marq.* FREHERI. *Item* RUPERTORUM *senioris & junioris, qui postea Rex Romanorum, Dispositio de Minorennibus, anno* 1395. in 4to. *Heidelbergæ*, 1615. Repperitur etiam in *Repræsentatione Reipubl. Romano - German. no.* 10. & 11. *pag.* 555. Est duntaxat nova Editio Bullæ superius *no.* 7. allegatæ, cui nunc RUPERTORUM *Dispositio* accessit.

57. *Petrus* ANTONIUS *de Dignitate Principum Liber, editus per Marq.* FREHERUM. in 4to. *Heidelbergæ*, 1615. Adjecerat *Noster* hunc jam antea *Rebus gestis Friderici I.* &c. Vide superius *no.* 23.

58. *In Legem* 38. *de Condictione Indebiti Commentarius &c.* Hunc sibi ex solo *Ever.* OTTONIS *Thesauro Jur. Rom.* notum esse, fatetur GOEBELIUS *l. c. p.* 84. Sed de primigenia Editione videsis superius *no.* 14.

59. *De secretis Judiciis olim in Westphalia aliisque Germaniæ partibus usitatis, postea* *abolitis, Marq.* FREHERI *Consiliarii Archi - palatini Commentariolus: cui accedit Joann. de* FRANCFORDIA *contra* FEYMEROS *Tractatus ante CC. annos scriptus, & nunc primum e MSS:o. editus: & nonnulla alia.* in 4to. *Heidelbergæ*. Typis *Gotthardi Vögelini*. Ex subscriptione Dedicationis hujus Opusculi apparet, illud anno 1610. fuisse impressum. Consentit de anno impressionis NICERONIUS. Recudi curavit *Helmstadii*, anno 1663. in 4to. *J. G. W.* id est *Joann.* GOES *Westphalus*. (V. *Historiam Biblioth. Fabricianæ*. *T. V*, *p.* 391.) Postremo hoc Opusculum, adjectis *Collectaneis manuscriptis H. Christoph. L. B. de* SENCKENBERG, edidit, & Præfationem *de Scriptoribus*

horum *Judiciorum*, nec non *de Vita Scriptisque* FREHERI adjunxit *Joann. Henr. Dav.* GOEBELIUS in 4to. *Ratisbonæ.* 1762.

BOECLERUS in *Differtat. de Wittekindo*, fub finem monet: *Juftum volumen impleret accuratior confignatio eorum,quæ ad Judicia Weftphalica pertinent; a qua neminem deterrere poteft Libellus* FREHERI *de his Judiciis*, *in quo pauciffima attigit.*

60. *De Statura* Caroli *Magni Imperatoris* φιλοπονημα (*Oratio*) *Marq.* FREHERI. in 4to. Absque loco & anno impreffionis. (V. *Biblioth.* MENCKENIANA) Aliam editionem, cura *Joh.* SAUBERTI, *Helmftadii,* 1663. in 4to. vulgatam memorat *N.H.* GUNDLINGIUS, *l. c. p.* 3918. Iterum *cum florum fparfionibus & notis H. G.* THULEMAYERI. in 12o. *Francofurti.* 1681. NICERONIUS *T. XXI. p.* 246. laudat (præter editionem *Norimbergenfem* anni 1657. in *Repræfentat. Reipubl. Romano - Germ.* de qua mox dicetur) aliam *Heidelbergenfem* anni 1662. in 4to. Reperitur etiam in *du* CHESNE *Scriptor. Hiftor. Franc. T. II.* & *Repræfentatione Reipubl. Romano-German. no.* 15. *pag.* 629. in EHINHARDI *Vita Caroli M.* Editionis *Schminckianæ*. Confer, fi lubet, *Joachimi Profefforis Hallenfis vermifchte Anmerckungen.P. IV. p.*399. §. 7. *Joh. Chriftoph.* WENDLERUS *l. c. p.* 56. hoc *Noftri* Scriptum *breve quidem fed elegans* effe affirmat &c. Vide etiam (fi lubet) STRUVII *Bibl. hiftor. p.* 896.

61. *De Lupoduno antiquiffimo Alemanniæ oppido Commentariolus.* in fol. Typis *Gotthardi Vögelini.* Annum impreffionis affignat 1613. NICERONIUS *T. XXI. p.* 244. fed vereor, ne error typographicus lateat. STRUVIUS in *Bibliotheca hiftor.* Editionis *Buderianæ, p.* 1083. & *Mart.* LIPENIUS in *Bib-*

lioth.

lioth. philoſoph. p. 859. memorant editionem *Heidelbergenſem.* in fol. anni 1618. Confer *Bibliothecam Ludewigianam, p.*1457. *in fine.* De reliquo *Lupodunum* hodie vocatur *Ladeburgum.*

Liber hic *præſtantiſſimus eſt*, teſte STRUVIO *l. c. ſimulque rarior*, *& ob quædam inſerta diplomata in pretio habendus. Jac.*BRUCKERUS in *Ehrentempel der deutſchen Gelehrſamkeit*, *p.* 107. aſſerit: *Er hatte eine beſondere Stärcke in der alten Geographie; wie aus ſeiner raren Abhandlung de Lupoduno &c. zu erſehen iſt.* LUDEWIGIUS in *Præfat.* ad *Reliquias MSStorum. omnis ævi*, *p.* 99. monet: *ibi haberi ſingularis pretii Chartas Dagobertinas & Carolingicas.*

Nunc proſtat etiam *J. H.* ANDREAE *Commentatio de Lupoduno Palatino.* in 4to. *Heidelbergæ.* 1772.

62. *Auſonii Moſella cum Commentario.* in fol. *Heidelbergæ*, apud *Gotth. Vögelinum.* Anno 1613. & *ibidem* 1619. in 4to. impreſſam eſſe vult NICERONIUS *T. XXI. p.* 244. De editione anni 1619. conſentit *N. H.* GUNDLING, *l. c. p.* 3916. & *Catalogus Biblioth. Bunavian. T. I. P. I. p.* 396. Adjecit hunc *Jac.* TOLLIUS Operibus *D. Magni* AUSONII. in 8o. *Amſtelodami.* 1671. publicatis. Eodem uſus eſt multum *J. B.* SOUCHAY in Editione AUSONII *Pariſina*, *ad Uſum Delphini*, 1730. vulgata, in cujus præfatione, *p. XXXVII.* hunc Commentariolum *eruditum* eſſe teſtatur. SCHURZFLEISCHIUS quoque in *Epiſtol. ſelectis*, *p.* 380. *egregium certe & Hiſtoriæ Germanicæ perutilem* vocat. Abs *Joſ.*SCALIGERO avide exſpectatus fuit tum hic, tum præcedens *de Lupoduno* commentariolus, dum in *Epiſtola* anni 1603. ad *Noſtrum* dicit: *Quando prodibunt monumenta illa tua* de Lupoduno & Moſella? *Avide expecto, eaque*

que magis ; quod nil nisi eximium a te sperare possumus.

63. *Uralte Verdolmetschung des Hohenlieds* SALOMONIS, *aus Abt* WALRAMS *zu Ebersberg in Beyern berühmter deutschen Auslegung , die er vor* 550. *darüber ausgestellet , abgedruckt. Worms.* 1631. *in* 8o. Fuse de hac FREHERI lucubratione *J. H. D.* GOEBELIUS , *l. c. p.* 85. *seqq.* differit ex *Joh.* SCHILTERI *Thesauro Antiquit. Teutonicarum , Tom. I. Ulmæ.* 1726. ubi memorata WALRAMI *Versio* recusa extat. Ego brevitatis caussa hæc omnia omittenda judico, satis habens indicasse locum , ex quo curiosus Lector de hoc Opere cognoscere accuratius poterit. Confer inferius, articulum : MOLTHERUS (*Menradus*) & (si lubet) *Acta Erudit. Lipsiens.* 1730. *p.* 33. *Beyträge zur critischen Historie der deutschen Sprache , T. III. p.* 371. *& seqq.*

64. *Incerti Monachi Weissenburgensis Catechesis Theotisca sæculo IX. conscripta , nunc primum edita : ut & monumenta catechetica varia Theotisca. Omnia in unum collegit ac Præfatione , qua Catechizatio medii præsertim ævi exponitur , Interpretatione & Commentatione critica illustravit : Catecheses item ejusdem generis cum Marq.* FREHERI *Notis olim evulgatas addidit Joh. Georg.* ECCARDUS. in 8o. *Hannoveræ*, 1713.

Quo tempore & loco *Freheriana* editio prodiverit , ignorare se , fatetur GOEBELIUS *l. c. p.* 90. & ego una cum illo ignoro. Ad hanc autem referri debent verba *Præfationis* ad *Tomum I. Schilteriani Thesauri Antiquit. Teutonic. p.* 17. „ Sunt in omnium ore nomina *Joach.* VADIANI , . . . *Marq.* „ FREHERI , cujus *Catechetica* præclaris cum Notis „ edita pridem suo , *de Origine Ecclesiarum Germa-*

„ *nica-*

„ *nicarum*, Libro inseruit *Joh. Henr.* URSINUS: „ nuperrime recudi curavit eruditissimus ECCAR- „ DUS. "

Elegantissimus, hoc numero allegatus, Liber ECCARDI recensetur & laudatur in Opere: *Neuer Bücher-Saal. P. XXIII. p.* 792. STADENII breves ad eundem *annotationes* vide in *Miscellaneis Staden. Obs. XXXV.* quæ *Memoriæ Stadenianæ*, *Hamburgi* in 8o. 1725. impressæ *Joh. Henr. a* SEELEN inseruit.

65. *Blutstamm und Sippschaft der Herzoge von Bayrn und Pfalzgrafen am Rhein.* Exhibet FISCHERUS *in Collectione novissima Scriptorum & Monumentorum Rerum Germanicarum. Halæ.* 1781. in 4to. *art. III.* ubi probare nititur, Scripti hujus verum, etsi non nominatum, auctorem esse FREHERUM, simulque varia de dicto *meletemate* monet. Sed etsi FREHERUS mox memoratæ *Genealogiæ* interpolator sit atque continuator, verior tamen illius auctor est *Augustinus* KOELLNERUS; uti me Nobilissimus ac Consultissimus D. *Joh. Henr. de* PRIESER *J. V. D.* sequentibus verbis monuit:

{Genealogia Ducum Bavariæ & Comitum Palatinorum Rheni, oder Blutstamm und Sippschaft der Herzoge von Bayern und Pfalzgrafen am Rhein.}

Diese Schrift hat Hr. Prof. Frid. Christoph. Jonathan Fischer *in* novissima Scriptorum ac Monumentorum Rerum Germanicarum Collectione, Tomo I. p. 135. sqq. *aus einer* freherischen *Handschrift edirt, und solche für eine Arbeit des* Marquard Frehers *selbsten, aus den in der* Vorrede, S. VIII. *angeführten Gründen, ausgegeben.*

Allein, daß diese Angabe nicht ganz richtig seye, und Freher *für den ersten und eigentlichen Verfasser*

dieser

dieser Bayrischen Genealogie *nicht gehalten werden könne*, *hätte der gelehrte H. Herausgeber selbst aus seiner eignen Ausgabe, und zwar aus der Stelle,* Seite 170. *lernen können*, *worinn es von Pfalzgraf* Ott Heinrich *von Bayern heißt:*

so der Zeit sein fürstlich anwesen zu Neuburg an der Thonau hat (Ao. 1529.)

So konnte Freher , *der bekanntlich erst im Jahr* 1565. *das Licht der Welt erblickt hat*, *als Verfasser*, *wofür ihn H. Prof.* Fischer *ausgiebt* , *unmöglich schreiben. Einen noch überzeugendern Beweiß liefert uns aber ein Codex MSC. chartaceus in regal folio*, *den der geschickte und fleißige Geschichts*, *und Chronicken Sammler, der ehemalige* Augsburgische *Rathsdiener Paul Hector* Mayr (*) , *welcher sowohl durch seine*

(*) Vitam *Pauli Hectoris* MAYR, tristiaque ob peculatus crimen e patibulo suspensi fata fusa narratione profecutus est *Paulus a* STETTEN *junior* in Libro : *Lebensbeschreibungen zur Erweckung* . . *burgerlicher Tugend. T. II. p.* 331. quem , si lubet, consulas. Meum est, de illo hoc loco meminisse, qnod nonnulla ejus tum edita typis, tnm manuscripta extent monnmenta. Fuit is *Senatus* patrii *famulus primarius* , prout seipsum vocat: Fuit vir ceteroquin *peritus & diligens*, quem eum *Paulus a* STETTEN *senior* appellat. Edidit *I. Bericht und Anzeigen der löbl. Stadt Augspurg aller Herren Geschlecht*, *so vor* 500. *und mehr Jahren*, *weder yemand wissen oder erfahren kan*, *daselbst gewohnt*, *und bis auf achte abgestorben. Auch deren, so in neuligkait an der Abgestorbenen staat eingenommen und erhöhet sind.* in *folio. Augspurg.* 1550. *Gedruckt durch Melchiorn Kriegstam*, *aus Annsinn und Verlegung Paul Hector Mair. II.* Idem Opus etiam *latino idiomate* edidit suis sumptibus, anno mox memorato. in *folio.* (Vide *Pauli a* STETTEN *senior. Historie von Augspurg* , *T. I.* in *Vorbericht von Scriptoribus Rer. August. §. II. no.* 26. 27. item in *Historia* ipsa, *p.* 628. 629. *Pauli a* STETTEN *junior. Erläuterungen &c. p.* 140. *Thesaurum*

ſeine hinterlaſſene gedruckte und ungedruckte Schriff-ten, als durch ſeinen wegen Veruntreuung öffentlicher Gelder den 21. November 1579. *durch des Henkers Hand erlittenen ſchimpflichen Tod ſeinen Namen auf die Nachwelt gebracht hat, um die Mitte des 16ten Jahrhunderts von einer gleichzeitigen leſerlichen Hand mit vieler äuſſerlichen Pracht hat zuſammen ſchreiben laſſen, und welchen dermalen, nebſt andern* Mayriſchen *Handſchriften, Endes Unterzogener in ſeiner nicht ganz unanſehnlichen Bücher- und Manuſcripten Sammlung beſitzet.*

Dieſer ſchätzbare Codex enthält, auſſer einigen Schrifften von Johannes Aventin, *Johann* Ebran von Wildenberg, *Bruder* Andree *zu St. Mang, und andern Bayeriſchen Geſchichtſchreibern, auch eine Genealogie der Herzog von Bayern, mit der Aufſchrift:*

Von den Hertzogen in Bayren und wie die Pfalz an ſie kommen iſt &c. *auf* 14. *foliis.*

Dieſe Genealogie *iſt die nehmliche, welche H. Prof.* Fiſcher, *als ein Werk des Marquard* Frehers, *liefert: wovon aber dem* Freher *offenbar nur die Zuſätze und Continuation, der Grundtext aber einem ältern*

ſaurum bibliothecalem. 4to. *Norimbergæ.* 1738. *P. IV. p.* 114.) *III. Liber memorialis:* vernacule *Memorial-Buch*, in *folio*, continens maximam partem ad politiam *Auguſtanam*, & caſus cæremoniales ſpectantia. Extat MSStum, de quo videri poterit *Paulus a* STETTEN *ſenior* in *Hiſtor. von Augſpurg*, *Tom. II.* in *Vorbericht de Script. Rer. Aug.* §. *II. no.* 17. IV. Confici curavit duos Libros gladiatoriis & palæſtricis repræſentationibus plenos (*Fecht- und Kampf-Bücher*) in *folio regali*, quos MSStos aſſervari in Bibliotheca electorali *Bavarica*, *Monachii*: V. Alia, bellulis picturis ornata, Volumina, quæ in Curia *Auguſtana* cuſtodiri monet *Paulus a* STETTEN *junior* in *Erläuterungen &c. p.* 140. Vide etiam, ſi lubet, *Ejusdem Buch für die Jugend.* in 8vo.

tern Geschichtschreiber, dem Augustin Köllner *gehöret, welcher selbst in der* Fischerischen *Ausgabe fast auf jeder Seite, als Gewährsmann, nahmentlich angeführet wird, und von dessen Leben und Schrifften der um die Bayerische Geschichte unsterblich verdiente H. von* Oeffele *in den* Scriptoribus rerum Boicarum Tom. II. pag. 100. sqq. *deren Werth längst anerkannt ist, obgleich Hr. Prof.* Fischer *in oben erwähnter* Vorrede, S. IV., *bey Erwähnung der Ebran von* Wildenbergischen Chronick, *ein sehr ungünstiges, und, wie sich, wenn hier der Ort dazu wäre, aus diesem Paul Hector* Mayerischen, *jezt* Prieserischen Codice *MSC. erweisen liesse, unbilliges Urtheil von ihnen fällt, Nachricht giebt.*

Die Vergleichung der Fischerischen *Ausgabe mit nur besagtem Codice MSC. welcher unlaugbar älter, als* Freher *ist, zeigt unwiderleglich, daß* Freher *die* Köllnerische *Arbeit nicht nur blos genutzt, sondern solche wörtlich und buchstäblich beybehalten, und seine Zusätze in den* Köllnerischen *Text nur eingeschaltet habe, so, daß wenn man diese in der gedruckten Ausgabe einklammert, sodann die ganze* Köllnerische *Schrifft, wie sie unser Manuscript hat, wieder zum Vorschein kömmt. Letzteres stellt die* Genealogie, *in besser geordneten Tabellen und Abtheilungen, weit deutlicher und faßlicher vor Augen: und es käme noch groß darauf an, ob diese* Genealogie *durch die* Freherische *Einschiebsel so, wie sie Hr. Prof.* Fischer *gleichsam in einem weggedruckt geliefert hat, nicht mehr verlohren, als gewonnen habe: und ob es nicht Verdienst wäre, den braven* Köllner, *ohne fremden Schmuck und Zusatz, wieder in seiner Originalität und ersten eigenthümlichen Gestalt, nach der Dr.* Prieserischen *Handschrift, herzustellen und dem Publikum vorzulegen.*

Wenn

Wenn hier einer Vermuthung Platz gegeben werden wollte, ſo wäre die nicht gänz unwahrſcheinlich, daſs etwa Marquard Freher, *als ein Augsburger, gerade dieſen Paul Hector* Mayeriſchen *Codicem in ſeine Hände bekommen, ihn abgeſchrieben, ſogleich ſeine Zuſätze und Einſchaltungen, welche größtentheils nur die Abſtämmlinge des weiblichen Geſchlechts betreffen und außerdem von keiner beſondern Bedeutung ſind, dazu gemacht, und, welches bey dem* Freheriſchen *Exemplar unſtreitig das Schätzbarſte iſt, die* Genealogie *bis auf ſeine Zeit fortgeſetzt habe, ohne jedoch zu bemerken, was hiebey* Köllners, *was* ſeine *eigene Arbeit ſeye, und wo* jener *aufgehört und* Er *angefangen habe.*

Könnte es nun dem guten Ebran von Wildenberg *in dem* Opere elaborato,*welches H. Prof.* Fiſcher *l. c. pag. IV. herauszugeben verſpricht, und wegen deſſen nach ſeiner Meynung unvollſtändigen Herausgabe, welche doch auch mit der Dr.* Prieferiſchen *Handſchrift übereinſtimmt, er den würdigen und verdienſtvollen H. von* Oeffele *ſo hart anzäpft, nicht eben ſo ergangen ſeyn, wie dem braven* Köllner? *Zwar wird jeder Freund der Geſchichte mit uns der Erfüllung dieſes Verſprechens mit Verlangen entgegen ſehen; aber auch den Beweiß von dem gelehrten Herrn Herausgeber erwarten, daß dieſes* Opus elaboratum, *davon* Oeffele *nur gleichſam den erſten Entwurf und Umriß geliefert haben ſolle, noch das ächte urſprüngliche Werk und die eigenthumliche Arbeit des* Ebran von Wildenberg, *und nicht vielmehr, wie ſeine angeblich* Freheriſche Genealogie der Bayeriſchen Herzoge,*nur das Produckt eines jungen Chronickſchreibers ſeye, welcher jenen bey ſeiner Ausarbeitung nur zum Grund gelegt*

und

und interpolirt hat. — Schriebs zu Augsburg, am 2ten November, 1786.

Dr. Johann Heinrich v. Priefer,
Com. Pal. Caf. und Rathsconfulent.

Habes, Lector benevole! de editis FREHERI Operibus. Huic NICERONIUS *Tom. XXI.* alios tres Tractatus:

De Processu Fori instituendo,
De Inquisitionis Processu,
De Processu Concursus Creditorum,

tribuit, sed perperam: uti bene observavit GOEBELIUS *l. c. p.* 91. cum non *Nostri*, sed BRUNNEMANNI sint.

Post enumerata *Freheri* Opera, quæ typo adminiculante luci publicæ data fuerunt (*a*), modo ad ea recensenda progrediendum est, quæ vel in MSSto. hucusque latitant, vel tantum affecta sunt.

Ad *primam* classem pertinentia sunt, quæ mox sequuntur.

1. NOTGERI *tertii Abbatis S. Galli Versio barbarica, i. e. germanica totius Psalterii, paraphrasi Willeramianæ similis.* De hoc audiamus *Marcum* VELSERUM in *Epistola* quadam sua (Inter *Opera ejusdem, p.* 858.) scribentem: *Nunc litteras a Frehero accipio, qui* NOTGERI ... *Versionem* ... *germanicam Psalterii* ... *apud se esse ait, & publico offert, si typographum reperiat.*

NOTGERI *Versio* prodiit, obstetricante *Joh.* SCHILTERO, in *Thesauro Antiquit. Teuton. Tom. I.*

2. *Leges*

(*a*) Edere hæc junctim *Joannes* SCHILTERUS cogitabat. Idem moliri & SANDIUM bibliopolam *Francofurtanum*, UFFENBACHIUS *G. Chr.* JOANNI anno 1713. scripsit. V. *Commercii epistolar. Uffenbach. Selecta, P. II. p.* 308.

2. *Leges curiatæ, h. e. pragmaticæ Sanctiones in Comitiis sub Cæsarum nomine promulgatæ.* Promisit eas *Noster* in *Constitutione Adolphi* &c. V. superius *p.* 65. *no.* 44.

3. POMPONIUS, *sive de Numismatibus veteribus.* De hoc ipse FREHERUS in fine *Dedicationis* ad *Sermonem votivum de Numismata Census* (V. superius *p.* 42. *no.* 15.) in hæc verba loquitur: *Neque vetabo, quin idem hoc majoris Operis ἀποσπασμάτιον*, Pomponii nostri de veteri Numismate *simul aliquem gustum præbeat: quem affectum dudum & tibi ostensum, jam amicorum tantum non conviciis quotidie efflagitatum brevi Deo juvante extrudere paramus; atque utique sat cito, si bene.* Idem Opus *dudum promissum* (ut ait) rursus publico promittit in *Dedicat.* ad Libros *de Re monetaria. Isaac* CASAUBONUS, *Epist.* 466. ait: POMPONIUM *tuum scito, nos exspectare quam cupidissime, atque adeo oramus te, ut, cum primum nactus fueris otium, cum studiosis nominis tui & scriptorum id Opus communices.*

4. *Lexicon sive Etymologicum Alemannicum.* Opus a *Nostro* sæpissime promissum, de quo MORHOFIUS in *Polyhist. litterar. L. IV. c.* 4. *no.* 8. ait: FREHERUS *Lexicon etymologicum magnum meditatus est: uti &* Ονομαθέτην, *seu de Nominibus propriis Alemannorum. Verum nihil horum in lucem prodiit.*

5. *Notæ in* RHENANI *Germaniam*, quas ad GOLDASTUM misit, & cum IRENICO & aliis in SCHARDII *Tom. I. Script. Rer. Germ.* non exstant. V. *Epistolas ad* GOLDASTUM, *no.* 268.

6. *Nonnulli Psalmi versibus decantati*, de quibus *Noster* ad *Scipion.* GENTILEM, *Heidelberga.* 1594. scripsit: *Præsertim cum ab eo* (RITTERSHUSIO) *etiam certior fieri cupiam de ejus consilio edendorum*

Psalmorum a diversis carmine redditorum, & a se dispositorum. Quod si ita, ut inaudivi, aggressurus est (si res integra est) non tantum unum atque alterum a me versibus decantatum ei illic inserendum mittere possim; sed vero plerosque omnes ab... Affini nostro Theodorico VIERO *Burggrafio Strackenburgico tam feliciter & eleganter expressos, ut cum* BUCHANANI *opera certare sine periculo posse videantur.*

7. Ad hanc classem pertinere quoque videtur *Ammianus Marcellinus*, ex editione *Henrici* STEPHANI, cui *Lectiones variantes*, cujusdam *Claudii* FAUCHETII operâ annotatas, *Noster* adscripsit, additis etiam *Conjecturis* nonnullis *suis*, & *Notis*: sicque *Justo* LIPSIO per COLVIUM amicum suum transmisit, *studii sui* eidem LIPSIO *probandi ergo*, ut ait. De qua tota re consuli debet *Nostri* Epistola, extans in BURMANNI *Sylloge Epistol. T. I. p.* 418.

Ad *secundam* classem spectantia sunt complura, quae subjicio:

1. *Linguae Teutonicae Commentarii.* Vide *Notas* ad *Lupoldum de* BEBENBURG. *Heidelbergae.* 1664. *p.* 35. & 36. & *Dedicationem* ad *Sylvulam Decis. Areopagit. & Dedic.* ad Libros *de Re monetaria*, ubi ait: *jam plane maturos esse, & claustra indignari Commentarios istos.* Juvat hoc loco verba FREHERI ad *Jo.* MEURSIUM. 1605. 10. *August.* perscripta subnectere: *Mihi* Germanicae linguae Commentarii *in manibus sunt, in quibus jam aliquot annos me desudasse non dissimulo; sed neque despero, fructum labori aliquatenus responsurum. Adjumenta habeo non vulgaria; glossaria latino-theotisca MSSta. antiquissima, suppeditata a* PITHAEO, WELSERO, PETAVIO, BONGARSIO: *ex Bibliotheca Principis mei,* OLFREDI *exemplar MSStum, vetus ... sed potissimum Psalterii*

para-

paraphrasin barbaricam a NOTKERO ... *scriptam, ex Helvetia mihi communicatam : tum alia fragmenta ejus generis non pauca* (*b*).

2. *Commentarii de Imperio Romano.* V. *Dedicationes* ad *Sylvulam Decis. Areopagit.* & ad Libros *de Re monetaria* : in qua posteriori ait, *jam plane maturos esse hos Commentarios, & claustra indignantes.*

3. *Juris Græco - Romani Corpus.* Vide rursus *Dedicationem* ad *Sylvulam Decis. Areopagit.* Forsitan hoc fuisset Tomus *tertius*, *Juris græco - romani* LEUNCLAVIANI. V. superius, *p.* 41. *no.* 11.

4. *Veteres Populorum Teutonicorum Leges.* Consule mox citatam *Dedicationem* ad *Sylvulam Decis. Areopagit.* Huc referri debent verba *Epistolæ*, a *Nostro* scriptæ 1605. ad *Jo.* MEURSIUM (de qua paulo ante *no.* 1.) ubi ait: *Itaque possem & in Leges illas barbaricas Baior. Alemannor. &c. Commentarios justos scribere, nisi editionem* LINDENBROCHII .. (*cui fortassis mea accedent*) *præstolari mallem.*

5. *In Jus feudale Saxonicum Annotationes.* Vide *Dedicationem* ad *Sylvulam Decision. Areopagit.*

6. *Elogia Palatinorum Principum.* Vide mox citatam *Dedicationem.* Confer, quæ superius *p.* 45. *no.* 16. in *Originibus Palatinis* ipse promisit.

7. Ονομαθετης, *seu de Nominibus propriis Alemannicis.* Vide superius *p.* 81. inter Opera *Nostri* manuscripta, *no.* 4.

F 2 8. *Ope-*

(*b*) Extat hæc *Epistola* in *Jo.* MEURSII *Opp.* ex Editione *Jo.* LAMII, *T. XI. p.* 143. communicata eidem LAMIO a JOH. GRAMMIO, qui *l. c.* in *Notis* dolens ait: *Perierunt irreparabili jactura ejus eruditionis partis, quæ circa Antiquitates Germanicas, & Origines non solum ejus, sed plurium Europæ linguarum versatur,* Commentarii *isti* Freheriani ... *merenturque de his legi, quæ scripsit J. G.* ECCARDUS *in Histor. Studii etymologici &c. c.* 15. *p.* 141.

8. *Opera* HUTTENI *congesta cum Præfatione.*

9. *Juris canonici Historia.* V. *Epist. dedicator.* ad *Sylvulam Decision. Areopagit.*

10. *De Auro Rhenano.* V. LINGELSHEMII *Epistolam* 99. *p.* 262. *d. d.* 7. *Julii.* 1609. *ad* BONGARSIUM.

11. *Tabula chorographica Pagorum Germaniæ per provinciam dispositorum.* Vide *Origines Palatinas*, *L. I. c.* 5.

12. *Ruperti Romanorum Regis Vita.* Vide *Origines Palatinas* in *Dedicatione* ad *Fridericum V.* anno 1613. scripta : item superius, *p.* 66. *no.* 46.

13. *Alexandri* TATIANI *Harmonia evangelica theotisca*, quam *Bonaventura* VULCANIUS ad *Nostrum* dimisit, ipseque in capita 244. distinxit. Edidit Opus hoc, anno 1704. in 4to. *Gryphswaldæ Joh. Phil.* PALTHENIUS, cujus *Præfationem* consule : post hunc vero illud *Thesauro Antiquit. Teuton. Tom. II.* adjecit *Joann.* SCHILTERUS, quem videsis, si placet.

14. *De Ludovico Germanico Libellus.* Vide *Notas* ad *Lupoldum de* BEBENBURG, *p.* 59.

15. *Chronicon Francorum.* De hoc opere FREHERUS in *Notis* ad *Lupoldum de Bebenburg* ita loquitur : *Et sane opus illud, quod Lupoldus hoc loco & infra sæpius allegat, vulgo non extat, neque multis visum puto. Id autem penès nos est, & lucem aliquando cum Deo visurum spero, amplissima mole in membrana scriptum, optimæ notæ, & illius omnino ævi charactere, ab anno* 741. *usque ad annum* 1139. *a Caroli Pipini F. ad Conradum II. Suevum, quatuor totorum seculorum historiam accurate consignatam, & per diversos scriptores continuatam complectens, hoc ipso titulo extrinsecus insignitum :* CHRONICON FRANCORUM.

16. *Chro-*

16. *Chronicon ab initio mundi ad annum* 1162. *progrediens*. Hoc Chronicon, teste *Joh. Georgio* ECCARDO, in *Historia Studii etymologici Linguæ Germanicæ. Hanoveræ*. 1711. in 8. edita, *pag*. 142. inter reliquias suppellectilis librariæ *Freherianæ* in augustam Bibliothecam *Guelpherbytum* venit; nec ullum dubium est, quin FREHERUS, si fata ipsi concessissent, id typis edidisset.

17. *Leges Heroldini cum observationibus* FREHERI *in legum loca difficilia*. Vide ECCARDUM in *Historia* modo allegata, *pag*. 141.

18. *Ingens Diplomatum Collectio*. FREHERUM de ejusmodi Collectione edenda cogitasse, huncque in finem jam duodecim volumina congesta possedisse, ipse in *Chronico*, *Guelpherbyti* asservato, alicubi ad marginem indicat. Videsis ECCARDUM *loco* numero præcedenti *adducto*.

19. *Collectio Chronicorum Civitatum imperialium*. Audiamus de hoc instituto iterum *Nostrum*, qui ita ad JUNGERMANNUM scribit: „ Ex literis tuis, do-„ ctissime *Jungermanne*, ad Dominum *Lingelshei-„ mium* video, inter alia *Pistoriana* etiam editioni „ destinatum *Chronicon Augustanum Fr. Sigismun-„ di* MEYSTERLINI (id enim nomen homini fuit) „ scriptum circa annum 1483. Quod equidem „ adeo non dissuadeo (etsi non magnæ rei illud „ ipsum videatur) & adjutum etiam eam. Sed cum „ diversa ejus extent exemplaria, alia aliis locu-„ pletiora, circumspectione utendum, neque præ-„ cipitandam rem puto. Habeo & ipse optimum „ exemplar non sine adpendicibus. Et fuit, cum „ *tomum integrum ejusmodi Chronicorum* descripto-„ rum *Civitatum imperialium* dare parabam: quod „ fortasse consilium resumere potero, si *Wechelia-*

„ *nis* videatur. Sunt autem hæc ferè : *Augustæ* „ *Vindelicorum*, Fr. Sigismundi (*c*) MEYSTERLINI ; „ *Norībergæ*, Conradi CELTIS ; *Goslariæ*, EOBANI „ Hessi ; *Argentinæ*, WIMPHELINGII ; *Ulmæ*, Fr. „ Felicis FABRI Ulmensis ; *Treviris*, Fr. SCHERLL- „ MANNI ; *Francforti*, LATOMI (sed & hoc am- „ pliandum censeo) Lubecæ. in 8. editum ; *Spiræ*, „ ISENGRENII editum in 8. Vale &, quid videa- „ tur, paucis significa.

„ Tui amantiss.

„ FREHERUS. "

20. *In Carolinum Chrysobulon.* Habuisse *Nostrum* in hunc aliquid *affectum*, monet *Melchior* ADAMUS in *Vitis JCtorum. p.* 219. Ipsemet FREHERUS id ipsum testatur in *Dedicat.* ad *Sylvulam Decision. Areopag.* Nescio, qui factum sit, ut hæc Lucubratio GOEBELIO penitus exciderit.

21. *Glossario Latino - Barbaro* inservientia non pauca, de quibus *Jo.* MEURSIO anno 1611. scripsit *Sunt & nobis in eo genere jam dudum Collecta & Observata non pauca, quæ tuo instituto conferre non abnuerem, si gratum foret, & excusæ paginæ subinde ad me pervenerint, quibus illa pro corollario accederent.*

Hæc præter *Noster* & sequentia vulgare parabat:

Parergorum Librum *tertium.* V. supra, *p.* 38. *no.* 3.

Scriptorum Rerum Germanicarum Tomum *quartum.* Vide superius, *p.* 51. *no.* 21.

Res Palatinorum Electorum præclare gestas. Has grandiore calamo exsecuturum se, promisit in *Originibus Palatinis.* V. supra *p.* 45. *no.* 16.

Corpus

(*c*) De Vita *Maysterlini*, ejusque Operibus tum omnibus, tum maxime hoc *Chronico*, fuse inferius peculiari paragrapho ago.

Corpus Juris Romano - Germani tam canonici quam civilis, ad methodum LEUNCLAVIANI *Juris Græco - Romani*, de quo conferri debent verba *Nostri*, superius p. 41: nº. 11. allegata.

Novam Editionem Scriptorum Rerum Bohemicarum. Ad hanc pertinentia plura habere sese parata, monuit in *Dedicatione* ad COSMAE *Pragensis Chronicon*. 1607. seorsim a se editum.

Sed hæc consilia omnia præmatura morte *Nostri* irrita facta fuisse, credibile est.

Restat, ut pro coronide de *Epistolis Nostri* tum *editis* tum *ineditis* differam. *Editæ* sunt: Io. Epistolæ quatuor ad *Scipionem* GENTILEM extant inter *Marq.* GUDII *Epistolas*. IIo. Quædam aliæ habentur in *Epistolis ad Melch.* GOLDASTUM a THULEMARIO vulgatis. IIIo. Duas ad *Just.* LIPSIUM continet *Petri* BURMANNI *Sylloge*, *Tom. I. p.* 417. 418. IVo. Una ad *Georg.* REMUM repperitur in *J. G.* SCHELHORNII *Amoenit. litterariis*, *T. X. p.* 1252. Vo. Duæ aliæ ad *Marc.* VELSERUM exhibitæ fuerunt a *Theophilo* SINCERO, seu *Georg. Jac.* SCHWINDELIO in *Analectis litterariis von lauter alten raren Büchern*. in 8o. *Norimbergæ*. 1736. VIo. Duas ad *Joh.* MEURSIUM reipublicæ litterariæ dedit, a *Joh.* GRAMMIO communicatas, *Joh.* LAMIUS in nova Editione *Opp. Jo.* MEURSII, *Tom. XI. p.* 143. 201. (*). VIIo. Epistolam unam ad JUNGERMANNUM e Bibliotheca civica *Bremensi* acceptam: Epistolas du-

F 4 as

(*) Harum *Epistolarum* posterior, qua MEURSII *Glossarium græco - barbarum* laudatur, jam antea ex *Codice MSSto. Epistol. ad Joh.* MEURSIUM in Bibliotheca *Paullina Lipsiæ* adservato exhibita fuit in *Nova Collectione Librorum rariorum*, *Halis Magdeburg.* 1709. p. 551. Sed dubio procul plures *Nostri* Epistolæ habentur ibi.

as ad *Marc.* VELSERUM, quas SCHWINDELIUS mutilas dederat, jam integras, a Familia *Velseriana* Norimbergensi communicatas: demum & Epistolas, quarum autographa *Joh. Christoph.* WOLFIUS Pastor *Hamburgensis* (*d*) servarat, scilicet unam ad *Georg.* REMUM jam supra a SCHELHORNIO vulgatam: tres ad *Conrad.* RITTERSHUSIUM: unam rursus ad *Johann.* HORTLEDERUM publicavit *J. H. D.* GOEBELIUS (*e*). VIIIo. Anno 1777. *Norimbergæ*, in 8vo. inter *Epistolas ineditas* dedit *B. F.* HUMMELIUS unam aut plures *Nostri*.

Ineditæ sunt, quas *Theophil.* SPIZELIUS possedit (*f*), & quæ post hujus mortem in Bibliothecam *Kraftianam*, teste SCHELHORNIO *Amœnit. litterar. T. III. p.* 116. migraverunt. Deinde eæ, quæ in *Codice MSSto. Epistolarum* ad *Jo.* MEURSIUM datarum, in Bibliotheca *Paullina*, *Lipsiæ*, delitescunt (*g*). Cæterum non possum non consentire *J. H. D.* GOEBELIO, qui *ingentem illarum copiam aut in Bibliothecis adhuc delitescere, aut injuria illorum temporum intercidisse* existimat. Neque aliter sentire poterit,

(*d*) Vide *Conspectum supellectilis epistolicæ &c. quæ extat apud Joh. Christoph.* WOLFIUM *&c* in 8o. *Hamburgi*. 1736. *p.* 113. 123.

(*e*) Has per biennium multo studio quæsitas, tandem obtentas inseruit FREHERI Tractatui *de secretis Judiciis olim in Westphalia &c. usitatis*. in 4o. noviter a se edito, *Ratisbonæ*. 1762. ubi eas videlis *p.* 95. 209. *seqq.*

(*f*) V. *Catalogum Biblioth. Spizelianæ*, in fol. *pagina ult. ma.*

(*g*) Vide de hoc *Codice N. H.* GUNDLINGIUM in *Historie der Gelehrtheit. p.* 4334. & STRUVII *Introduct. in Notit. Rei litterariæ*, *p.* 379. Confer, quæ paulo ante, *nota* (*) monui. Nil dubito, quin plures FREHERI *Epistolæ* ibi extent.

rit, quisquis advertere voluerit, maximam amicorum copiam FREHERO fuisse; quos sæpissime litteris ab eodem salutatos esse, dubitari non potest.

JAEGER (*Clemens*)

Minister publicus Senatus *Augustani*, vir in colligendis urbis patriæ antiquitatibus perdiligens, itemque de historia ejusdem civitatis meritissimus, vixit medio ere sæculo XVI.

Nullum hactenus *Nostri* Opus typis editum indagare potui; inedita autem sunt, quæ sequuntur:

I. *Ain selzsamer Auflauf, und wilde ungewöhnliche Empörung, welche sich zwischen einem erbarn Rath und Gemainde der Stadt Augspurg anno* 1524. *eines Barfüssers Münchs halber begeben und zugetragen hat.* Vidi hujus Operis Apographum in Bibliotheca Collegii, quondam *Societatis Jesu*, cum hac epigraphe: *Erstlich durch Clementen* JAEGER *zusammen getragen und beschrieben anno* 1532. *abcopirt anno* 1554. *im Monath Februarii.* Monachum hunc *Noster* in decursu narrationis vocat *Joannem* SCHILLING, de quo consulere poteris Historiographos *Augustanos*, uti Perillustr. D. *Paul. a* STETTEN *seniorem*, GASSARUM, KHAMMIUM, & præcipue STENGELIUM, *Comment. Rer. August. p.* 264.

II. *Nachricht und historische Beschreibung von denen Augspurgischen Land- und Stadt-Vögten.* Hujus Operis sequentem notitiam nobis exhibet Perilluſt. D. *Paulus a* STETTEN *senior* in *Historia August.* vernacule scripta, in *Antecessione de Scriptoribus Rer. August.* §. 53. „ Der Verfasser dieses Wercks „ ist der . . . fleissige Rathsdiener *Clemens Jaeger*, „ welcher solches anno 1546. dem Rath dedicirt. „ Das Original davon, welches zierlich geschrie-

„ ben, und in welchem die Wappen der Land- und
„ Stadt - Vögte, so viel derselben zu bekommen
„ waren, sauber gemahlet, wird noch dermalen
„ auf dem Rathshauss aufbehalten. Es enthält die-
„ ses Buch viele besondere Nachrichten von denen
„ ehemaligen Streitigkeiten zwischen dem Hoch-
„ stifft und der Stadt, wie nicht weniger unter-
„ schiedliche selten fürkommende Urkunden. " Ex hoc MSSto. nonnulla excerpsit *Jacobus* BRUCKERUS plurimis vulgatis libris clarus, inseruitque Operi a se edito: *David* LANGENMANTELII *Historie des Regiments in des H. R. R. Stadt Augspurg.* Vide Præfationem hujus Operis.

III. *Augspurgisches Consulat-Buch.* Etiam hujus Operis descriptionem debemus Perillustr. D. *Paulo a* STETTEN *seniori*, qui *l. c.* §. 54. de eodem hæc habet: „ Eben damalen dedicirte besagter *Clemens*
„ JAEGER dem Rath auch das sogenannte *Consulat-*
„ *Buch*, worinnen alle Augspurgische Burgermei-
„ ster von dem Anfang des Zünftischen Regiments
„ bis auf das 1546. Jahr verzeichnet; welches
„ ebenfalls auf dem Rath - Hauss verwahrlich auf-
„ behalten wird. " Vide *eundem* in decursu *Histor. Augustanæ. p.* 389. Consentit Perillustr. *Paulus a* STETTEN *junior* in Libro: *Erläuterungen der in Kupfer gestochenen Vorstellungen aus der Geschichte der Stadt Augspurg, p.* 140.

IV. *Augspurgische Chronick von der Sündfluth bis auf Christi Geburt, und dann wie diese Stadt zum christlichen Glauben kommen, und bishero durch Gottes Gnad darinn erhalten worden. Benebens was sich sonsten für allerley wunderselzame und unterschiedliche Sachen in dieser Stadt Augspurg begeben und zugetragen haben.* De hoc *Chronico* rursus audire juvat

vat

vat Perilluftr. D. *Paulum a* STETTEN *feniorem l. c.* §. 16. „ Der erfte Verfaffer hievon ift *Clemens* JAEGER, ein gewesfter Rathsdiener, und gefchickter und fleiffiger Mann, fo fich um die *augfpurgifche* Alterthümer und Begebenheiten, wie er auch bey feinem Dienft gute Gelegenheit gehabt, mit grosfem Fleifs bekümmert; dahero dann auch folche wohl zu gebrauchen ift. Seine Arbeit geht bis über die Mitte des XVI. Sæculi. Nach ihm hat felbige ein unbekannter jedoch nicht ungefchickter Mann bis 1628. fortgefezt. Von diefer Zeit an bis auf das 1659. Jahr hat *Ludwig* HAINZELMANN (*a*) ein teutfcher Schulmeifter die Hand an die Continuation diefes Wercks gelegt; es ift aber folche nicht fo gut gerathen, als die erftere. Endlich hat felbe noch einen weitern Fortfezer und zwar bis anno 1719. an einem andern teutfchen Schulmeifter, *Andreas* PFEFFEL, bekommen: welcher fich aber meiftentheils mit Mord - Gefchichten und andern Kleinigkeiten aufhält, doch aber auch einiger maffen zu gebrauchen ift. "

V. *Von Ankunft des uhralten adelichen Gefchlechts der Herren* REHLINGER, *jeziger Zeit in Augfpurg, in welcher Befchreibung neben andern auch der Herren Langenmantel, Herwart, Illfung, Peutinger, und Baumgartner* &c. *faft ehrliche Meldung gefchicht. Denckwürdig zu lefen und aufzuheben. So wird auch in diefem Buch der uralten augfpurgifchen allbereit abgeftorbenen Gefchlechter, als der Schongauer, Hurlacher, Villenbacher, Hocheneckher, Pettner, Völckwein,*

(*a*) *Ludovicus* HAINZELMANN, tefte *Martino* LIPENIO, *Biblioth. philofoph.* p. 107. *a.* edidit infoper Librum arithmeticum, vulgo *Rechenbüchlein.* 8°. *Augsburg*, 1642.

wein, Vetter, und Eggenberger &c. gedacht, denjenigen, welche vor Jahren zu ihnen geheurath, bey ihren Stammen dienstlich zu gebrauchen. Dedicavit hoc Opus *Noster* anno 1559, ultimo Octobris, *Henrico* REHLINGERO a *Radaw*, Duumviro *Augustano*, ut fuam erga ftirpem *Rehlingeriam* obfervantiam hoc monumento teftaretur : fimulque eandem adverfus nonnullorum Malevolorum, illuftrem generofamque ejus originem peffimis conviciis inpugnantium, temeritatem defenderet. Inter alia fe patria *Augustanum* fuiffe prodit; quinquennium, & ultra, in hoc opere confcribendo infumpfiffe; & a laudato REHLINGERO in eo conficiendo valde adjutum fuiffe. Unde vero materiem Libri hujus, argumentaque defumpferit : & quæ maxime res in eo confcribendo moræ ac impedimento fibi fuerit, fequentibus declarat: *Was Schaden .. an Leuthen, Gut, und alten Monumenten .. beschehen, ist einem jeden unpartheyischen Leser zu bedenken heimgestellt. Deshalben diejenigen, welche unbedächtlicher Weiß ... disen Stammen* (REHLINGERORUM) .. *verkleinern wolten, sich mit nichten zu verwundern haben in dem, daß man alle uralte* REHLINGER ... *weder bekennen noch setzen mögen ... insonderheit dieweil man solche Mängel nit allein bey dem Rehlingerischen Herkommen, sondern bey andern höhern und nidern Stammen und Genealogien auch findet. Deshalben auch dise H. H.* REHLINGER, *welchen man Alters und Krieg halben keine Nachkommen finden kann, mit nichten auszulassen seyn.... Und ist sich nit so hart zu verwundern, daß solcher Mangel und Gebrechen auf dem Land erfolgt; dieweil sich dieselbe auch in den Städten befinden: dann ein E. Rath dahier (Augustæ) kein älteres Steuerbuch hat, dann anno* 1303. *und* 1304. *Und seynd hernach alle Steuerbücher bis anno* 1346. *nemlich*

42.

42. *Jahr lang, verlohren worden; welches mir ein grosse Mühe und Verhinderung in der Succession gebracht. Habe mich derohalben des Raths - Leib - Geding - Bürger- und Raths-Bücher, und anderer wahrhaften brieflichen Urkunden mit grossem Fleiß gebräuchen müssen...* Ceterum hujusLibri honorificam ante me mentionem fecit *Jo. Georg.* LOTTERUS in *Historia Vitæ &c. Conradi* PEUTINGERI, *p.* 10. *in Notis*, eumque sæpius citat Perillustr. *Paulus a* STETTEN *junior* in *Historie der adelichen Geschlechter von Augspurg.* Excerpta ego dedi in *Bibliotheca* mea *Augustana*, *Alph. I. p.* 108. *Alph. II. p.* 118. & in hoc præsenti *Alphabeto III.* do in §. ILLSUNG (*Leopoldus*) Apographa extant in Bibliotheca Collegii quondam *Societatis Jesu*, & *FF.* VEITHIORUM, Augustæ.

VI. *Merck- und denckwürdige Händel, so in der Stadt Augspurg in allen dreyen Hauptständen sich zugetragen haben, auf das fleissigste colligirt und aufnotirt durch Clement* JAEGER *gewesten Rathsdiener allhier.* in 4to. Vidi hoc MSStum. in Bibliotheca D. *Joann. Bapt. de* BASSI p. m. Decani ad *S. Mauritium*, *Augustæ.* Incipit: *Ein Schreiben, so der Rath der Stadt Augspurg ihrem Bischof des Umgelds halber* (anno 1291.) *gegeben &c. &c.* Continet notatu dignissima.

Hæc de laboribus *Nostri*, Viri in patriis rebus indagandis maxime industrii. Accedit, magna eundem *Achilli Pirminio* GASSARO, *Annales Augsburgenses* condenti, adjumenta præbuisse; unde is exhibitam sibi a *Clemente* opem (*b*) gratus agnovit his verbis:

(*b*) Vide *Joann. Burckh.* MENCKENII *Scriptores Rer. Brunswicens. T. I. pag.* 1952. *b.*

verbis: „ Quo in labore *Clemens* VENATORIUS, pu-
„ blicus Senatus Minister, me non parum, præser-
„ tim in *Præfectorum* & *Consulum Catalogo*, juvit. "

Effigiem *Nostri*, veste officio suo propria induti, exhibet Liber: *David* LANGENMANTEL *Historie des Regiments der H. R. R. Stadt Augspurg. p.* 37.

ILLSUNG (*Leopoldus*)

Patritio stemmate ortus (*a*), filius *Maximiliani* ILLSUNG, interioris Consilii *Augustani* Senatoris, Quæstoris ærarii publici & Aedilis (*b*), ex *Anna Maria* IMHOFIA secundo genitus, diem natalem habuit 6. Septembris, anni 1651. (*c*). Hic, postquam ado-

(*a*) De *Illsungorum* nobilissima familia fuse agit *Gabriel* BUCELINUS in *Stemmatograph.* & Perillustris *Paulus a* STETTEN *junior*, in *Historie der adelichen Geschlechter der Reichsstadt Augspurg*, *p.* 107 — 112. ubi etiam *Nostri* nominatim meminit, sequentibus verbis: *Leopold* (ILLSUNG), *dessen Frömmigkeit und Verdienste sehr erhoben werden, war anno* 1689. *Probst zu St. Georgen in Augspurg.* De conditore Gentis *Illsungiæ*, quæ Augustæ est, ait *Clemens* JAEGER, in Opere anecdoto: *Von Ankunft des uralten Geschlechts der HH.* REHLINGER: „ Noch ligt in der Marckt
„ *Meringen* das Schlofs, welches *H. Seyfrid* ILSING (von
„ welchem alle *Ilsing*, so noch in Augspurg wohnen, ih-
„ ren Ursprung haben) mit vilen Gütern und Lehenschaf-
„ ten gewesen ist. Diser ist durch die vielfältige Krieg al-
„ so ausgemerglet und betrübt worden, dafs er seine Gü-
„ ter, Aecker, und Schlösser verlassen, und seine Kinder
„ in die Stadt *Augspurg* verheurathet hat. "

(*b*) Hunc *Maximilianum* ILLSUNG anno 1604. vitali aura frui coepisse, anno 1635. in Senatum adscitum esse, eodem iterum decessisse anno 1676. annoque demum 1680. mortem obiisse, discimus ex *David.* LANGENMANTEL *Historie des Regiments in der Reichsstadt Augspurg.*

(*c*) Ita testatur *Corb.* KHAMMIUS in *Hierarch. August. P. II. colleg. p.* 371. & *P. III. regul. p.* 415.

adolevit, ſtatui eccleſiaſtico ſeſe mancipans, in monaſterio *S. Georgii Auguſtæ*, inter Canonicos regulares Regulam *S. Auguſtini* anno 1668. eſt profeſſus: quibus geſtis anno 1672. *Dillingam* miſſus, in ea Univerſitate diſcendis Theologiæ placitis operam biennii ſpatio impendit: hoc autem elapſo *Romam* in Collegium *S. Apollinaris*, jubentibus Superioribus, anno 1674. profectus ad idem ſtudii genus per quadriennium omni cum laude incubuit. Accidit intra iſtud temporis ſpatium, ut, ſacris ab ipſo *Alexandro VII.* Papa initiatus Ordinibus, primum Deo immortali ſacrificium anno 1675. litaret.

Abſoluto ſublimiorum ſtudiorum curriculo, *maxima nobilitatus doctrina* anno 1678. in patriam monaſteriumque ſuum redux *Leopoldus* primum *proparochus*, mox etiam *parochus* anno 1679. conſtitutus, animarum ſibi creditarum ſaluti egregie invigilavit. Tandem, cum non ſolum natalium claritate, ſed etiam rerum gerendarum dexteritate, virtute, doctrina & eximiis quibusque tum animi tum ingenii dotibus præluceret, *Bernardo* NEUMAYR. Præpoſito Collegii *San - Georgiani*, anno 1679. die 15. Julii ſupremis fatis defuncto (*d*), *Noſter* ad illud eccleſiaſticæ dignitatis culmen evectus eſt. Quæ quantave, in eo faſtigio poſitus, tum cænobium ſuum inſtaurando amplificandoque, tum templum *San - Georgianum* ejusque ſacram ſuppellectilem exornando, tum Collegii ſibi commiſſi jura augendo, tum regularem diſciplinam ſartam tectamque conſervando, *Leopoldus* per viginti quinque, quibus præfuit, annos geſſerit, non eſt inſtituti Operis, commemorare. Ob eam rem, quicun-

que

(*d*) Hujus encomium vide apud mox citatum KHAMMIUM, *P. II. colleg. p.* 345. & *P. III. regul. p.* 415.

que laudes inde *Nostro* debitas accuratius cognoscere avet, consulat *Corb.* KHAMMIUM, qui in sua *Hierarchia Augustana*, *P. II. colleg. p.* 371 — 382. res præclare a *Leopoldo* gestas prolixa narratione prosequutus est.

Litterarias autem *Nostri* laudes silentio præterire nec debeo nec volo. Itaque is (præterquam quod *anno* 1691. *Bibliothecam* monasterii *novis forulis*, *fenestralium scaporum commissuris*, *septemque iconibus exornarit*, *ejusque pavimentum marmore Eichstettensi straverit*) nullis sumptibus pepercit, ut subditorum animos ad optimarum litterarum amorem atque culturam accenderet. In eum finem non solum anno 1696. *Ludovico* PANZAU & *Francisco* DAFFINGER (*) : iterumque anno 1698. *Joanni Bapti-*

(*) *Franciscus* DAFFINGER in hanc lucem *Langenargæ* editus, Augustæ in monasterio *S. Georgii*, anno 1693. die 29. Sept. solenni Votorum nuncupatione Regulæ *S. Augustini* sese addixit. Post Theses philosophicas in Lycæo patrio publice defensas, *Romam* in Collegium *S. Apollinaris* missus primum post quinquennium *Augustam* remeavit. Eum longiori temporis spatio Collegii sui Decanatum gessisse, & supremis fatis anno 1747. die 20. Februar. defunctum esse repperi. Unicum ingenii monumentum a *Nostro* hactenus ad manus meas devenit hoc titulo : *Lob - und Ehren - Red zur Zeit, als die Gedächtnuß der Canonization der lieben Heiligen Gottes Jacobi de Marchia & Francisci Solani .. begangen wurde.* in 4to. *Augspurg.* 1728. Meminerunt *Nostri* P. *Corb.* KHAMMIUS in *Hierarch. August. P. II. p.* 374. 375. & *P. III. p.* 416. *Chronicon MSStum. monasterii S. Georgii*, *Augustæ*, extans in Bibliotheca *FF.* VEITHIORUM. Item RRmus. Præpositus Pollinganus, *Franciscus*, in *Elencho onomastico Script. Ord. S. August. Can. Regul.*

Vixit circa idem tempus, & sub eodem Præposito *Leopoldo* ILLSUNGO in memorato monasterio *Ignatius* SEEFELDER patria *Landspergensis*, qui post studium Physices *Augustæ*

Baptistæ DURR annoque 1707. *Joanni Michaeli* HEISSLER Thesium philosophicarum publice in Lycæo *Augustano* defendendarum facultatem concessit, sed etiam necessarios sumptus liberaliter subministravit. Similiter *Franciscum* DAFFINGER in *Romanum S. Apollinaris* Collegium: *Joannem Baptistam* DURR & *Joannem Michaelem* HEISSLER vero in *Dillinganam* Universitatem, suppeditatis largiter impensis, ablegavit, theologicæ disciplinæ præceptis probe imbuendos. Et maximam rerum divinarum cognitionem sedulo studio sibi peperisse juniores hosce Religiosos, tum vero quam simillimum est; tum in *Joanne Baptista* DURR jam præparata, sed Marte *Gallico* eo tempore per *Sueviam* sæviente præpedita *Thesium ex universa Theologia* propugnatio: in *Joanne Michaele* HEISSLER vero & suscepta strenue & multa cum laude peracta *theologicarum Positionum* defensio confirmant (*e*).

Sic dum suorum ingenia præclaris doctrinæ subsidiis excolere studuit *Noster*, semet ipse doctis laboribus in monasterii sui usum atque emolumentum

gustæ absolutum in S. Ordinem admissus, anno 1705 die 25. Novembr. solennibus sese votis obstrinxit. Habentur ejus I. Concio vernacula in solennitate Canonizationis *SS. Jacobi de Marchia*, & *Francisci Solani*: *Die zwey neutestamentische Josue und Caleb. in 4to. Augspurg.* 1728. II. Concio vernacula in solennitate Canonizationis *S. Catharinæ de Ricciis.* 1747. habita in templo Monialium *S. Catharinæ* Augustano. III. Volumina tria Concionum, quorum primum Orationes *Dominicales*, secundum *Festivales*, tertium varias *Panegyricas* continet. Extant MMta. in Bibliotheca *S. Georgii* Augustana. Vide, si lubet, mox a me citatos tres Auctores.

(*e*) Vide KHAMMIUM *ll. cc.*

tam impendere non omisit; uti testatur supra allegatus KHAMMIUS *l. c.* qui a *Leopoldo* nostro

I. *Caremoniale*

conscriptum fuisse docet sequentibus verbis: *Eodem anno* (1699.) *Operi triennali, nimirum Cæremoniali, ex Missali, Breviario, & variis Auctoribus maxima cum industria collecto, & ad cæremonias in suo monasterio constanter ac regulariter observandas destinato, ultimam manum imposuit.* Eodem KHAMMIO auctore discimus,

II. *Opus arduum triennale geographicum, nimirum circumscriptionem & partitionem limitum & terminorum, omnium monasterii bonorum aliorumque conterminantium*, a *Nostro* anno 1701. absolutum fuisse.

Denique viribus fractus, variisque infirmitatibus debilitatus anno 1714. die 6. Decembris *Præpositi* dignitate, pauloque post, anno scilicet 1715. die 15. Februarii etiam vita decessit, sepultus in hypogæo, quod vivus construxerat hac addita epigraphe:

CONDITORIUM
PRAEPOSITORUM S. GEORGII
A LEOPOLDO,
EX PRAENOBILI ILLSUNGORUM PROSAPIA
AUGUSTAE PROGENITO,
PRIMO
HUIUS MONASTERII
INFULATO PRAELATO
SUB RENOVATIONE TEMPLI, CHORI, ALTARIS,
CONSTRUCTUM.
ANNO DOMINI M DC XCIII. AETAT. XLI.
REGIMINIS IV.

Merita Nostri ac laudes in solenni depositione docto sermone de suggestu publico recitavit, qui & ea publi-

publicis typis vulgavit, *R. P. Rolandus* REICH *Ord. Min. S. Francisci, in Conventu Augustano Concionator ordinarius* (*f*).

(*f*) Ita testatur *Franciscus* PETRI in *Germania Canonico - Augustiniana*, quam vide in *Collect. Script. Rer. histor. monast. ecclesiast. P. III. p.* 142.

MAYSTERLIN (*Sigismundus*)

Sigismundus MAYSTERLIN, latino vocabulo *Magister*, perperam etiam *Munsterlinus* (*a*) vocatus, monachum in Cænobio *Augustano*, *SS. Udalrici & Afræ*, indutus vixit medio ferme sæculo XV. scripsitque sub quatuor Abbatibus continua serie sibi succedentibus, nimirum *Joanne ab* HOHENSTEIN *Melchiore de* STAMHAM, *Henrico* FRIES, & *Joanne a* GILTLINGEN. Petrus WAGNER in *Congesto MSSto. Virorum illustrium Ord. S. Benedicti*, *tit.* 7. sequentibus eum prædicat: *Vir apud multos in pretio habitus*, *multæque litteraturæ, & humanarum rerum peritia nominatissimus*.. Chronicam Augustensis Civitatis, *aliaque plura*, *miro verborum compendio, connectendo luculenter*.. *scribens legentibus sui nominis dedit memoriam*: *scripsit & limato admodum sermone* Indicem... Monasterii, *librum utique omni sui parte Viri disertiam eloquentem*...

G 2 De-

(*a*) MUNSTERLINUM vocat *Achilles Pirminius* GASSARUS in *Annal. Augsburgens.* inter MENCKENII *Scriptores Rer. German. T. I. p.* 1621. Præter GASSARUM meminerunt *Nostri* Perillustr. *Paul. a* STETTEN *senior*; *Georg. Andr.* WILL; *Jo.* PISTORIUS; *Jo Albert.* FABRICIUS in *Biblioth. med. & inf. Latinit. Editionis Mansianæ*, *T. VI. p.* 182. & *Tom. V. p.* 62; *Jo. Petrus de* LUDEWIG; *Bern.* PEZIUS; *Corb.* KHAMMIUS; *Historia litteraria Ord. S. Benedicti*; quorum omnium auctoritates suis locis citabo.

De patria *Nostri*, parentibusque nihil mihi constat. Similiter de adolescentia ejusdem expiscare hactenus quivi nihil. Annos vero *quindecim* natum Ordini *Benedictino* sese mancipasse, ipse tradidit sua in *Epistola* inferius alleganda. In eo vitæ statu ingenium suum multa cura perpolivit, seseque variarum scientiarum adjumentis probe instruere allaboravit; cujus rei evidens documentum tum Variorum testimonia per contextum hujus paragraphi alleganda, tum munia a *Nostro* gesta, tum Libri ab eodem conscripti, exhibent.

Jussu Abbatis *Joann. ab* HOHENSTEIN circa annum 1456. scripsit Chronicon Augustanum (*b*), cui titulum fecit: *Chronographia Augustensium*, obtulitque *Sigismundo* GOSSENBROT; de quo Opere inferius plura dicenda sunt. Posthæc permissu Superiorum in *Franconiam* delatus, *Norimbergæ* munus Concionatoris in æde *S. Sebaldi*, itemque Plebani in *Gundlach* (*c*), loco eidem urbi vicino, obivit (*d*), *Her-*



(*b*) KHAMMIUS in *Hierarch. August. P. III. p.* 73.

(*c*) Male ergo *Jo. Petr. de* LUDEWIG *Nostrum* in *Tom. VIII. Reliquiarum MSStorum. &c. p.* 15. vocat *Antistitem templi Sebaldiani*, addens: *eandem spartam Nostrum obivisse in cœnobio Grundlacensi.*

(*d*) Patet hoc ex Epistola anecdota, quam *Noster* ad *Joannem* (haud dubie *de* GILTLINGEN) Abbatem dedit.

„ *D. Joanni Abbati S. V. & Afræ.*
„ Reverende Pater ac Domine! Post sui commendationem.
„ Dolenter nescius sto de vestra Paternitate, monasteriique conditione, fratrum etiam vigore. Id etiam vestræ Paternitati de me nescire, æque grave arbitror. . . Ut igitur V. Paternitatem hujus rei absolutam faciam, *Grundlach* anno illo postposito, rursus *Nurimbergæ* me tradidi ad serviendum, licet debilis & exhaustus. Haberem etiam, si vellem, Prædicaturam *Herbipoli* cum salario centum florenorum. Sed decrepitus non finit;

„ nec,

Herbipoli quoque duplex officium iſtud adminiſtraſſe *Noſtrum*, non eſt, cur dubitem (*e*). Inſuper & G 3 *Luten-*

„ nec, ut credo, ultra Purificationis feſtum hoc officium
„ implebo. Actum eſt de me &c. Valde optarem ſcire,
„ quoto anno *Profeſſus* fuerim; quia ſcio, *quod tunc*
„ *eram quindecim annorum*, & tantum quantum eſt a feſto
„ Conceptionis Mariæ usque ad Gregorii. . . .

„ *Fr. Sigismundus ut devotus Prædicator S. Sebaldi ac Plebanus in Grundlach.* "

(*e*) Diſcimus iſtud ex ſequenti Epiſtola anecdota.

Acerrimi ingenii Viro, multarum ſcientiarum reſoluto, Ven. D. Sigismundo MUSTERLIN *Herbipol.*). . *Verbi Dei Seminatori & ibidem Plebano.*

„ D. Sigismundo Sigismundus ſalutem! Litteras tuas, præſentium a latore, Leonardo accepi; Sed, ut ſcribis, D. Priorem accedere diſtuli. . . Poſtremo ad *Kuſach* ſcribam pro litteris tuis, ut ſcribis, cuſtodiendis. . .

„ Ex Argentina, die Veneris, poſt Annunciationem Mariæ. 1476. "

Facit multum ad propoſitum alia Epiſtola anecdota Canonici cujusdam *Herbipolenſis*, quam eo liben ius hic ſubnecto, quod *Noſtro* valde honorifica ſit:

„ *RRmo. in Chriſto Patri ac Domino N. ſancti Euſtachii SS. Romanæ Eccleſiæ Diacono Cardinali Senenſi, Domino ſuo &c. &c.* (*)

„ Reverendiſſime in Chriſto Pater ac Domine mi metuendiſſime ac colendiſſime, humili commendatione præmiſſa. Eſt in Eccleſia veſtræ Reverendiſſimæ Paternitatis, ac noſtra cathedrali, *Prædicator pro populo*, *Vir tam ſcientia quam eloquentia præditus*, *vitæque integræ ac honeſtæ*, *qui*, *licet ſit profeſſus & ſub obedientia Prælati hactenus conſtitutus*, *Domino tamen Reverendiſſimo Herbipolenſi ac toti Capitulo in complacentiam non ſine magno fructu Prædicaturæ curam gerit*, *& Magiſter Sigismundus* MAISTERLIN, *Profeſſus Ordinis S. Benedicti*, *dictus*. „ Et

(*) Fuit hic *Franciſcus Piccolomineus*, poſtea Pontifex maximus ſub nomine *Pii* III. V. *Ughelli Ital. ſacr. T. III. p.* 57.

Lutenbaci, five *Lautenbaci*, Diœcefis *Wirceburgenfis* oppido, animarum curæ præfuiffe *Sigismundum*, certis indiciis comperi (*f*). Ante hæc vero in

„ Et ex quo apud nos fumma cum diligentia fe oftendit, „ inclinatus eft Dominus Reverendus, nec non totum Ca- „ pitulum ad fuam perfonam. Et ego, veftræ Revmæ. „ Paternitatis Capellanus, pro viri ipfius fpeciali amicitia „ humillime fupplico, ut Revma. Paternitas veftra digne- „ tur cauffam ipfius habere favorabiliter commiffam, ac „ juxta etiam alia fcripta Dominorum meorum eundem in „ Capellanum veftræ Paternitatis Reverendiffimæ accepta- „ re dignetur gratiofe; & apud fummum Dominum no- „ ftrum auxilio effe, ut idem Magifter *Sigismundus* quod- „ cunque beneficium ecclefiafticum cum cura vel fine cu- „ ra (*) poffit & valeat; Nam qui illi de hujusmodi Bene- „ ficio providerent, mox adeffent, nec in hoc deeffet „ confenfus fui Superioris. Sentiam Revme. Pater! in ea „ cauffa meam paucitatem aliquid potuiffe, & ex obliga- „ tiffimo ero Revmæ. Paternitatis veftræ deditiffimus, me „ demum recommendans eidem humili devotione. Ex „ *Herbipoli*, die 8. Januarii 1476. "

„ *Humilis Capellanus N. Canonicus Ecclefiæ Herbipolenfis.* "

Cæterum ex eo, quod *Nofter* in fuperius allata *Epiftola* fua dicit: *Haberem etiam, fi vellem, Prædicaturam Herbipoli &c.* concludendum eft, eum fentientem, fe ob ætatatem & virium debilitatem huic muneri longius ferendo minus parem effe, eodem deceffiffe: imo in alia ipfe *Epiftola* anecdota ad *Joannem* Abbatem, fe *ob fenium Prædicaturam Herbipolenfem refignaffe* palam fatetur.

(*f*) Declarat hoc fequens Epiftola:

„ *Magnæ experientiæ & multidocto, venerabili Viro D.* „ *Sigismundo* MUSTERLIN *Religiofo*, Jerarchico in „ Lutenbach, *Confratri tanquam & Patri dilecto.*

„ Se is tuus Jeorgius obtulit, etfi per lapfum temporis „ ... a memoria lapfus mihi fuerit. .. Admodum gratum „ tuli tum tui ob amorem, tum ut fidum ad vota habe- „ rem

(*) Supple: *obtinere.*

in *Galliæ* finibus (quibus fatis agentibus, cum ignarissimis ignoro) exulem sese egisse, ipse memoriæ tradidit in suo *Indice Monasterii SS. Udalrici & Afræ, P. II. c. 6.* ubi de S. *Adalberone* Episcopo *Augustano* loquens ait: *Dum Galliæ fines ego exul tererem, de suis præclaris virtutibus indicia manifesta Codicibus in antiquis repperi.* Sic nimirum omni tempore *Noster* in vetustatis monumentis excutiendis, rimandisque ævi remotioris historiis laudabiliter versabatur.

Perpauca hæc de Vita MAYSTERLINI, *eruditi pariter ac operosi monachi* (g) eruere mihi licuit: quibus quod addam, non habeo, nisi credibile fieri, eum, post annum Christi 1484. haud diu amplius inter vivos egisse; prout satis innuit ipse in *Prologo* ad *Indicem Monasterii SS. Udalrici & Afræ*, de quo sermo paulo post redibit (*).

G 4 Plura

„ rem ad te nuncium... Ex Argentina... post Nativi-„ tatem Mariæ ... anno 1481.

Tuus, qui supra N. de Augusta, Argentinæ degens. "

Extant etiam in Bibliotheca *San-Udalricana* nonnulli Codices MSSti. quos ad se, Plebanum *Lautenbachi*, pertinere, sua manu testatus est *Noster*.

Monendum restat, Lector! litteras a me allegatas reperiri in Codice quodam MSSto. Bibliothecæ *San-Udalricanæ*.

(g) Hoc encomio *Nostrum* ornat *Historia litteraria Ord. S. Benedicti*, *T. I. p.* 564.

(*) Non obstat, quod *Bern.* PEZIUS putarit, *Sigismundi* nostri hortatu, a quodam Monacho *San-Udalricano* Miracula S. Symperti ab anno 1488. ad 1495. conscripta esse. Nam, cum Monachus ille, *Sigismundum* quendam nominans, nil aliud addat, ex quo *Noster* esse dignosci possit, nullo solido argumento niti mihi videtur citatus PEZIUS in *Diss. isagog. ad T. II. Anecdot. Thesauri*, *p.* LXII, præ-

Plura autem sunt, quæ de Scriptis *Nostri* tum *editis* tum *ineditis* dicere habeo. Sunt illa;

I. *Chronographia Augustensium*, sive *Augustanæ Urbis*.

Scripsit *Noster* Opus istud jussu (quod dictum est) Abbatis sui *Joannis* ab HOHENSTEIN, hortatu autem *Sigismundi* GOSSENBROT (*h*) Patritii *Augustani*, *Civium Magistri* (ut ait) cui etiam dedicavit his verbis: *Sapienti Viro D. Sigismundo Gossenbrott, Civi Augustensi honorando, Præceptori* (*i*) *suo observandissimo... Ego quidem, præstantissime Vir! historiam nostram, quam tuo hortatu edidi, intra cellæ parietes cohibere decreveram... Sed petenti tibi, sexternatimque exquirenti.. amore tuo victus negare non potui... Cum ergo fessus fueris in probatissimis Historiis ac vetustissimis Auctoribus Augustino, Orosio, Vincentio, Eusebio, Suetonio; hæc exigua ad manus recipias, quæ tam instanter exegisti... Titulum, si placet, hunc adjice:* Chronographia Augustensium *suppresso nomine Auctoris, ut muta pagina loquatur materiam, non loquatur Auctoris nomen. Divisi eandem in quatuor Partes, quarum prima tractat*

præsertim cum in citato *Tomo. II. P.III.Thesauri*, *p.* 450. nominentur duo alii *Sigismundi* ad annum 1492. scilicet *Sigismundus Zymermann* & *Sigismundus Lang*.

(*h*) De spectatissima hac Gente *Augustana* videri poterit Perillustr. *Paul a* STETTEN *junior* in *Geschichte der adelichen Geschlechter &c. p.* 80. ubi tamen laudatus *Sigismundus* GOSSENBROT, cum superius citato, quem *Virum sapientem* Noster vocat, miscendus est minime; utpote qui tum non nisi annos 13. natus erat: id quod ex ejus *Epitaphio* (apud *Dan.* PRASCHIUM in *Epitaph. August. P. I. p.* 42.) calculo inito eruere licet.

(*i*) Ego vocem: *Præceptor*, interpretor quasi *præcipientem*.

ctat de vulgata hactenus opinione, quomodo videlicet Augusta tradatur fundata: secunda meam de ejus fundatione ponit opinionem, ceterisque gestis usque ad Cæsarum tempora: tertia describit ejus a Romanis oppugnationem, ceteraque acta usque ad Constantinum: quarta, quæ est prolixior & gestis plenior, Sanctorum hic quiescentium tangit acta, tempora, ac merita, simulque tum Pontificum tum Civitatis.. gesta usque ad RRmi. Domini nostri D. Petri Cardinalis, & Præsulis Augustensium tempora... Ego.. hoc Opus magno cum labore feci... quod, si finerent bona animo mei præterire æmuli, forsitan postea breviori perstringerem stilo. Hoc igitur in recompensam tuorum beneficiorum mihi exhibitorum.. accipe & perlege feliciter... Ex cella, die vicesima Junii mensis, dum, noxium regibus sydus, cometes in Arctico polo tristi cum cauda micaret. Anno gratiæ M. CCCC. LVI.

Prologum excipit *Præfatio*, hanc Opus ipsum; cujus *Pars I. II. & III.* decem quælibet capitulis constat: *Pars IV.* vero undeviginti capitulis absolvitur.

Extant memoratæ *Chronicæ* duo Exemplaria in Bibliotheca *San - Udalricana*, *Augustæ*; unum in Pergameno a *Leonard.* WAGNER, alterum a *Joanne* GRIESHERR (*k*) in Charta transscriptum. Aliud elegantissime scriptum haberi in Bibliotheca Principali Eichstettensi, amici cujusdam colendissimi relatione, accepi. Invenitur etiam *Apographum* in Bibliotheca nostra *FF.* VEITHIORUM, cui præmittitur Epistola GOSSENBROTI, qua is hanc *Chronographiam*, a *Nostro sexternatim* acceptam, suis vero impensis rescriptam D. *Petro* a SCHAUMBERG Cardinali

G 5

(*k*) De istis ambobus Monachis *San - Udalricanis* infrius paucis dissero.

nali & Epiſcopo *Auguſtano* devoti animi ergo obtulit, & ſe & MAYSTERLINUM, *Virum* (ut ait) *in diverſis ſtudiis cum theologicis, tum hiſtoricis, tum etiam humanitatis ſatis tritum* enixe commendans.

II. *Idem Opus*, vernaculam in linguam converſum (*l*) *Noſter*, hortante (nil dubito) *Sigismundo* GOSSENBROT, cujus & rogatu *Germanicum* fecerat, anno M. CCCC. LVII. menſe Januario, Senatui *Auguſtano* obtulit, qui exin Auctorem *triginta aureolis* remunerandum curavit (*m*). Extat manuſcriptum in Bibliotheca publica *Auguſtana*, quatuor itidem Libris complexum, quorum *tres priores* decem, *quartus* vero ſexdecim capita habent; differt autem *Chro-*

(*l*) Hujus Verſionis tria MSSta. inveniuntur in Bibliotheca *San-Udalricana*: unum ſcriptum anno 1456. alterum anno 1457. præmiſſa Dedicatione ad Senatum *Auguſtanum*: tertium in 4to. ornatum bellis picturis. Rurſus aliud Exemplar vidi in Bibliotheca Collegii Soc. Jeſu Auguſtæ, ſcriptum anno 1461. ab *Henrico* PITTINGER. Titulum hujus Libri ſic effert Perilluſtr. *Paulus a* STETTEN *ſenior* in *Vorbericht von Scriptor. Auguſt. Tom. I. no.* 4. „ Chronographia Auguſtenſium edita tam in Latino quam „ in Vulgari a P. *Sigismundo* MAYSTERLIN Profeſſo mo„ naſterii SS. Udalrici & Afræ, ſcripta a Fr. *Henrico* „ PITTINGER (*) ibidem, ob petitionem D. *Sigismundi* „ GOSSENBROT Conſulis Auguſtani, ac Baccalaurei Vien„ nenſis, 1457. " Confer *Eliæ* EHINGERI *Catal. Bibl. Auguſt. p.* 571. *Bern.* PEZII *Diſſert. iſagog. ad T. I. Anecd. noviſſ. Theſauri, p. XXXI.* ubi tamen in hoc errat PEZIUS, quod dicat, rogatu GOSSENBROTI a *Noſtro Chronicon* illud, quod inter *Piſtorianos Scriptores* extat, germanice converſum eſſe. Scribere debuiſſet PEZIUS, de *Chronographia Auguſtenſium* hoc factum fuiſſe. PEZIO affinem errorem incurrerunt Scriptores *Hiſtoriæ litterar. Ord. S. Bened. T. I. p.* 564. & *Tom. IV. p.* 438.

(*m*) GASSARUS in *Annal. Augſburgenſ.* inter MENCKENII *Script. Rer. Germ. T. I. p.* 1621.

(*) De hoc nonnulla, ſcitu haud indigna, inferius affero.

Chronographia germanica a latina in eo; quod hæc (quantum ad posteriora tempora attinet) illa plenior sit; prout ex ipsius *Versionis* fine colligere est.

Impressa autem postmodum eleganti charactere a *Melchiore* RAMINGERO, *Versio* ista prodivit ornata *figuris ligno incisis*, *Augustæ*, in *folio*, anno 1522. omisso tum Auctoris nomine, tum etiam primis 8. capitibus *Libri I.* hoc titulo: *Ein schöne Chronick und Historia, wie nach der Synndtfluß Noe, die teutschen das streitpar Volk ihren Anfang empfangen haben, besonder den ersten namen Schwaben geheissen haben... auch darbey von der kayserlichen Stadt Augspurg &c. &c.* (n).

Judicia Eruditorum de isto Opere sunt hæc. *Achilles Pirminius* GASSARUS (o) ait: *monastico sane captu conscriptum esse;* Sed, cum is osor fuerit accerrimus monachorum, immo rei catholicæ totius; quid mirum, si iniquius judicium tulit? Aequiori censura usus est Perillustr. *Paulus a* STETTEN *senior* (p), dum, quæ MAYSTERLINUS de Rebus Augustanis mox *a Diluvio Noetico*, & *ante Romanorum tempora* gestis refert, improbat: reliqua vero taxare omittit. *Jo.* PISTORIUS (q) conjicit ex *Chronico eccles. August.* a se vulgato, bonæ frugis esse Opus præsens; quod tamen oculis non usurparat. Quod si posthæc meam exquiras sententiam, Lector! vellem ego abscissas *tres partes priores*, ubi plurima fabulosius, quam verius, narrantur: *partem quartam* autem minime spernendam reor; eoquod plurima

(n) Pleniorem Titulum Operis vide in *G.G.* ZAPF *Annal. Typograph. August. p.* 83.

(o) Vide MENCKENII *Scriptores*, *l. c.*

(p) Loco mox laudato.

(q) Ejus verba, inferius, *n*. 5. allego.

rima notatu digna continere dignoſcatur. His adde, MAYSTERLINUM primum fuiſſe omnium, qui Res Auguſtanas, per multa librorum volumina diſperſas, cogere in unum (*s*) aggreſſus ſit: qua de re in iis, quæ ſcribendo peccavit, veniam potius, quam probrum meretur; præcipue ſi eo animum advertamus, illam qua ſcripſit *Noſter*, ætatem adjumentis Artis criticæ omnibus defeciſſe.

III. *Libri II. de S. Symperti Epiſcopi Auguſtani Miraculis.*

Hos ſe ſcripſiſſe, in *Chronico eccleſiaſtico Auguſtano* (*t*) ipſe teſtatum reliquit his verbis: *Cœperunt circa tumbam hujus Sancti* (Symperti) *coruſcare miranda miracula, de quibus olim aliqua pauca memoriæ tradidimus.* Et paulo inferius: *Sanctus quoque Sympertus crebris miraculis* (in Translatione) *laboratoribus aſſiſtebat, de quibus duos Libellos edidimus.*

Utrum *Miracula* iſta ſint illa, quæ *Bernardus* PEZIUS in *Theſaur. Anecdot. noviſſ. T. II. P. III. p.* 382. vulgavit, affirmare non auſim; nec etiam auſus eſt PEZIUS (*u*) cujus verba hic allegare juvat, eo

(*s*) Monet hoc ipſum *Noſter*, dum in *Præfatione* Partis I. ait: *De qua civitate* (Auguſta) *non pervenere aliqua ſcripta ad manus meas* (NB.) *collecta ſaltem, præter Prologum in Legendam S. Martyris Afræ, qui quidem Prologus compoſitus eſt a quodam Priore monaſterii* ADELBERTO... *& vulgaria cujusdam ſacerdotis Auguſtenſis, admodum litterati Viri, rythmiſata* (RYTHMI). *Præter hæc nec jotam habeo, niſi quæ ſcripta in libris diverſis antiquiſſimisque Auctoribus reperi, ut puta Chronicis diverſis ac multis... Quantum vero laboris appoſuerim, teſtis eſt mihi propria conſcientia....*

(*t*) V. PISTORII *Script. Rer. Germ. T. III. p.* 667. 668.

(*u*) In *Diſſertat. iſagog. ad Tom. II. Theſauri Anecd. noviſſ. p.* LXII.

eo magis, quod nonnihil laudis inde ad *Nostrum* redeat: *Tertium Sanct - Simpertinum monumentum est insignis* Liber Miraculorum S. Simperti, quæ ab anno 1465. usque ad 1471. contigerunt. *Librum suum Auctor in tres Distinctiones distribuit, idque, tametsi in Codice nomen nullum appareat, inscripsit Melchiori Abbati San - Udalricano... Hujus Libri conditorem existimaremus alium non esse, quam celebrem illum Sigismundum* MAGISTRUM, *seu* MAISTERLIN, *qui... testatur, se duos Libellos de Miraculis S. Symperti edidisse; nisi nobis distributio in Distinctiones obstaret. Certe ætas Scriptoris cum Sigismundi annis egregie congrueret, nec abnueret stylus, & rerum domesticarum studium ac pietas, quæ in Chronico Augustano Sigismundi a* PISTORIO *vulgato passim relucent.* Hæc PEZIUS. Quid? si forte, quæ a PEZIO edita sunt, essent illa narratio miraculorum, *de quibus* (ut Auctor primo ait) *olim nonnulla pauca memoriæ prodidimus* (x): Sic ut *Libelli duo* Miraculorum, de quibus secundo testatur, essent Opus omnino aliud ac diversum, latius & fusiori calamo pertractatum.

IV. *Exaratio Rerum gestarum inclutæ Civitatis Neuronbergensium, auctore Sigismundo* MEYSTERLEIN *Ecclesiaste Grundlacensi.* A. MCCCCLXXX.

Dedit hoc *Chronicon Norimbergense* luci publicæ *Jo. Petrus de* LUDEWIG, qui de *Nostro*, præter nomen, vix quidquam novisse videtur, in *Reliquiis MSStorum. omnis ævi &c. Tomo VIII. p.* 1. (y). Scripse-

(x) Sunt plane non nisi *triginta sex* Miracula, quæ narrantur.

(y) Confer, si lubet, *J. A. Fabricium* in *Bibl. med. & infimæ Latinit. Edit. Mansian.* ubi tamen mendose dicitur: *Chronicon hoc ab anno* 1360. *incipere*; cum ab ipsa Civitatis origine ordiatur.

Scripferat illud *Sigismundus* nofter jam ante annum 1480. fed quod varii varia in eo carperent, neceffitatem fibi imponi fenfit, rerum veritatem, per diverfa & antiqua *Bavariæ*, *Sueviæ* & *Franconiæ* viginti quatuor monafteria, de novo perveftigandi, Opusque fuum fecundis curis limandi atque in ordinem redigendi. Fecit autem hoc *non præfumptione, non elatione, non adulatione* (*ut garriunt*) *fed inftantiffimis precibus ac impulfu incliti Senatus coactus, præfertim providi ac emeriti Pro-Confulis Ruperti* HALLER, *collegæque fui Nicolai* GROSS (fors *Krefs*) *quibus & Opusculum* dedicavit. Cum vero nonnulli eum accufarent, quod, utpote *Monachus*, ad hiftoriam texendam aggreffus effet, fequentibus fe defendit: *Nolo, ut mihi* Religionis *titulus objiciatur, quafi ftatui meo non conveniat hiftoriam texere. Multi hoc* Monaftici *fecerunt, quos fancta Dei Ecclefia approbavit. Plura in æmulos meos dicerem, nifi me auctoritas Senatus prohiberet, ac fpernendos judicaret.*

Hæc *Auctor* Chronici. Editor autem *J. P. de* LUDEWIG in *Præfatione, p.* 14. *& feqq.* monet, fe diu multumque fruftra quæfiviffe *Manufcriptum*, etiam pretio propofito aliquot aureorum; quod incolis Senatus - confulto interdictum effe diceretur, ne aliis, quam Senatoribus, manupta urbis Chronica venderent: tandem acquifiti MEYSTERLINI lectionem, famam Auctoris, apud fe minuiffe: fcripfiffe illum a Senatu *Norimbergenfi* conductum, hinc calamum habuiffe venalem. Præ aliis id *Noftro* exprobrat, quod de origine & juribus *Burggraviatus Norimbergenfis* mendofiffime fcripferit, multisque eum confutare & emendare contendit.

Habuit

Habuit tamen MEYSTERLINUS *duos interpretes post, qui ejus Opus in linguam vernaculam transtulerunt* videlicet *Sebaldum* SCHREYERUM , *æditimnm templi Sebaldiani: & Fridericum* CAMMERMEISTER *priori affinitate conjunctum: quos subin plurimi ex plebe descripserunt & continuarunt... Quæ caussa fuit, quare Burggraviorum jura vel oblivione sepulta, vel narrata & æstimata sint judicio corruptissimo* , ut ait LUDEWIGIUS ; *nam vernaculi Scriptores omnes hac* MEYSTERLINI *chorda oberrarunt: neque fuit ex parte adversa* (Plane mirum!) *qui contradiceret, erueretque veriora in gratiam Burggraviorum.* Caussam MEYSTERLINI contra LUDEWIGIUM tuetur *G. A.* WILL in *Nurnbergisch. Gelehrten - Lexicon, T.II. p.* 607. & in *Biblioth. Norica. T. I. n.* 227. 231. ubi ait: *Diese* MEISTERLINISCHE *Chronik blieb lange im MSto, bis sie .. der hallische Kanzler von* LUDEWIG *in seine Reliquias MSStorum... hat eindrucken lassen, nachdem er zuerst in der Vorrede sehr frey und verächtlich von diesem* MEISTERLEIN *gesprochen: worinn ihn der Joh. ab* INDAGINE *in seiner Beschreibung Nurmbergs nachzuahmen, ja zu übertreffen sich bemühet hat. Es wissen alle kluge Nürnberger ohne* LUDEWIGS *und* FALKENSTEINS *Erinnerungen, wie weit sie dem* MEISTERLEIN ... *zu trauen haben oder nicht? Er hat viel Gutes und viel Wahrheit, und so partheyisch, als er, besonders in der burggräflichen Geschichte, seyn soll, werden* LUDEWIG *und* FALCKENSTEIN *auch angesehen werden. Ja wir wundern uns billig, daß Frembde des* MEISTERLEINS *MSCt. so theuer haben bezahlen mögen, und das es selbst in der* RINCKISCHEN *Bibliothec um* 20. *Reichsthaler ist geschäzt worden...* Et iterum: *Die spätern Chroniken - Schreiber haben diesen deutschen* MEISTERLEIN *zum grund gelegt. .. Daß hiemit freylich*

Fabeln

Fabeln... fortgepflanzt worden, ist nicht zu läugnen; aber deswegen den Nurnbergischen Chroniken von MEISTERLEIN *bis auf deren neuere Verfasser alle Brauchbarkeit und Werth absprechen wollen, heist sie nicht kennen, noch gelesen haben: oder eben so viel, als wenn man den alten Scriptoribus Rerum Germanicarum, deren viele nicht besser waren als unser* MEISTERLEIN, *die man aber gleichwohl sehr fleissig sammelt... allen Nuzen benehmen wollte. Warum sollte denn H. von* LUDEWIG *etliche Ducaten für sein Exemplar des* MEISTERLEINS *gegeben, und ihn in die Reliquias MSStorum. eingerückt haben, wenn er ein bloßer Fabelschmid... wäre?* Sed hæc peritioribus discutienda & ponderanda relinquens, ad reliquas *Nostri* Lucubrationes indicandas pergo.

V. *Chronicon ecclesiasticum Augustanum.* Hoc primus inter *Scriptores Rerum Germanicarum, Tom. III. p.* 657. exhibuit *Joann.* PISTORIUS. *Nostro* attribuunt disertis verbis *Bernard.* PEZIUS (z) *germanicarum rerum indagator*, teste *B. G.* STRUVIO, *solertissimus*, & STRUVIUS (a) ipse: quorum sententiam ambabus manibus amplector; nam quæ de *Udalrico* Monacho *San - Udalricano & Sigismundo* quodam GOSSENBROT a nonnullis Scriptoribus traduntur, ac si juncta opera *Chronicam Augustensium* (b) composuissent, non tam cito adoptanda esse arbitror, remque ita interpretor: *Chronica Augustensium*

(z) In *Differt. isagogica ad Tom. I. Thes. Anecdot. novis. p. XXXIII.*

(a) V. PISTORII *Script. rer. germ. T. III. p.* 656.

(b) V. *J. A.* FABRICII *Bibl. med. & inf. Latinit*: Editionis *Mansianæ*, V. UDALRICUS. *Pistorii Script. T. III. p.* 655. *Historiam litterar. Ord. S. Benedicti*, T. IV. p. 538. ubi *C. G.* JOECHERUS, idem afferens, corrigitur.

ſium non alius Liber eſt, ac *Chronographia Auguſtenſium*, quæ MAYSTERLINUM habet auctorem: hanc forſitan *Udalricus* Monachus *San - Udalricanus* transſcripſit (uti eam a duobus monachis transſcriptam fuiſſe ſuperius *No. I.* docui) idque operam, auxilium ferente *Sigismundo* GOSSENBROT.

Hæc de *Auctore*. De *meritis* ejusdem ita PISTORIUS in *Admonitione* prævia: *Probus veritatisque ſtudioſus Sigismundus ille .. ſed interdum priſcarum rerum ex infelicitate ſæculi, quo vixit, non tam peritus fuiſſe videtur... Interim cum in reliquis dignum publico conſpectu duceremus, exprimi typis juſſimus. Nominat majus Auguſtani Chronici volumen, quo lectorem ſæpenumero remittit. Id ſi ſupereſt, optaremus ſimul editum. Nec tamen ideo differendam hujus libri editionem exiſtimavimus; cum multa, alioquin non ſatis apud alios explicata, contineret.* Aliter ſenſit *Marq.* FREHERUS nimis cenſorie JUNGERMANNO ſcribens (V. Tractatum *Noſtri*, *de ſecretis Judiciis in Weſtphalia &c.* edente *J. H. D.* GOEBELIO, in 4o. 1762.) *haud magnæ rei illud Chronicon ſibi videri.*

Scripſit autem MAYSTERLINUS hoc *Chronicon* juſſu *Joannis* a GILTLINGEN Abbatis *San - Udalricani* (c) eidemque etiam anno M.CCCC.LXXXIII. dicavit his inter alia verbis: *Grandi quidem affectu ſed impari facultate tuis, Reverende Pater ... mandatis parere ſtatui. Chronicon videlicet Auguſtenſium olim dictatum per me* (Ecce! Innuit ſuam CHRONOGRAPHIAM AUGUSTENSIUM) *deinde etiam quædam de inſigni loco aggregata in unum contexendo. Quo tuæ induſtrioſæ Dominationi facultas fiat, petentibus* mox

(c) De hoc inferius, in *Melchiore de* STAMHAM, nonnulla affero.

mox ostendendi ; ut quibus non vacat omnia videre, hic vel parum percipiant... Accipe itaque, quæ tuus humilis frater Sigismundus offert... Fratribus etiam tuis, tanquam harum rerum notitia refertis, ea quærenda dimitto, quæ sparsim in suis thecis habent...

Ceterum *Chronicon* hoc *duobus Libris* absolvitur, ad cujus finem *Descriptio Reliquiarum* in Monasterio *San - Udalricano* servatarum, & nonnulla *Notabilia* adjiciuntur. *Multa hujus Operis apographa, alia aliis locupletiora, extare, se vero optimum quoddam non sine appendicibus possidere*, monuit FREHERUS in citata *Epistola ad* JUNGERMANNUM.

VI. *Index Monasterii SS. Udalrici & Afræ in Augusta Vindelicorum.* Extat bis MSStus. in Bibliotheca dicti cænobii. Exemplar, in pergameno scriptum, in fine exhibet *Vitam Simonis* GOLLII Abbatis *San - Udalricani*, metrice scriptam a *Caspare* BRUSCHIO *P. L.* item *Epitaphium* dicti Abbatis, ab eodem BRUSCHIO confectum.

Primus hujus *Indicis* mentionem fecit *Bern.* PEZIUS (*d*); post hunc *B. G.* STRUVIUS (*e*) & *Historia litteraria Ord. S. Benedicti*, *T. I. p.* 564. quæ insuper addit, *eum publica luce dignum esse*. Dispertitur in *tres Partes*, quarum quævis *duodecim Capitula* comprehendit. Scriptus est a *Nostro* iterum jubente *Joanne* a GILTLINGEN Abbate. Juvabit profecto nonnulla ex eo excerpere, tum quod citati a me Auctores nil præter *titulum* allegarint, tum quod per ea, quæ excerpsero, major lux superius a me dictis accedet. Initium ergo hoc est:

Multarum rerum indagator, ac librorum ubique terrarum perscrutator, hujusque præcellentis loci, incola-

(*d*) In *Differt. isagog. &c. p.* XXXIII.
(*e*) V. *Jo. Pistorii Script. T. III. p.* 656.

colarumque amator, suis in ultimis diebus pro ultimo Valete offert hunc indicem Monasterii, tanquam digestum & limatum pro posse suo R. D. Joanni de GILTLINGEN *Abbati, abs quo nedum molestia nulla affectus, sed in rebus pensabilibus beneficiis cumulatim dotatus est. Anno a virginali partu* 1484. *petens.. melius corrigendum, demumque ingrossandum, & pro Auctore, cum ejus fuerit transitus auditus, orandum, videlicet Fr. Sigismundo.*

Incipit Prologus. Apologia Fr. Sigismundi MAYSTERLIN *in Opus sequens...*

Ecce! Mitto descriptionem loci tibi commissi.. rerumque ordinem gestarum, venerande Abba! quæ ita exacte postulasti dilatari... Nuper itaque.. Opusculum (*f*) *edidi; sed parum amplificandum extendendumque ob eos, qui.. rerum in eo contentarum notitiam non habent, recte judicasti. Conabor itaque tuo laudabili desiderio satisfacere... Unum advertendum erit, ut Capitulorum series mutata sciatur: aliud, quod compilationes pridem a me factæ* (g) *aboleantur* (*præter eam quæ de Augusta* (h) *facta est, quæ & major*) *non quod ista eisdem contrarientur, sed quod meo judicio clarior & emendatior; si tamen & tua industria ita judicaverit.... Vale felix. Ex loco parochiali Grundlach. Anno* 1484. *Kalendis Mayarum.*

Sequitur Opus ipsum, in cujus fine hæc leguntur: *Ecce! dignissimi loci dignissime Abba! Habes histo-*

(*f*) Indigitat, meo judicio, *Chronicon suum ecclesiasticum Augustanum.*

(*g*) Hinc apparet, *Nostrum* de Monasterio *San-Udalricano*, rebusque ibi gestis plures lucubrationes disjunctim confecisse, quas in hoc *Indice* in unum congessit, auxit, polivitque.

(*h*) Puta *Chronographiam Augustensium.*

historiam, seu digitum Monasterii tui pro te . . quo eos, qui summatim sancti loci dignitatem, rerumque gestarum seriem petunt, possis . . . contentos facere. Porro ante me aliqua scripserunt Udalscalcus Abbas, vir eximius; Adelbero Prior pro suis viribus; ceterique hinc inde, maxime in ultimis foliis librorum: aggregator vero ante me nullus. . . . Vale. Anno 1484. *vicesima Octobris.*

Non est dubium, *Nostrum* multa alia minutiora lucubratum esse. Sic ad mox memoratum *Joannem de* GILTLINGEN scripsit *registratum* (ut ipse vocat) CALENDARIUM *super Speculo historiali Vincentii Bellovacensis*, quod extat adhuc in Bibliotheca sæpius memorati Cænobii; & fors plura alia, quæ vetustas obliteravit.

Hæc sunt, Lector! quæ de MAYSTERLINI Vita & Lucubrationibus, quas si alii vituperant, alii vicissim laudant (ut vidisti) in tantis rerum tenebris & indagare & extricare quivi. His & tu contentus sis, rogo.

MOLTHERUS (*Menradus*)

Augustanus, *Simonem Grynæum* præceptorem (*a*), consortem in studio autem *Joannem Synapium*

(*a*) Patet hoc ex *Carminibus*, quæ vidi in Bibliotheca *Peutingeriana*, manuscriptis septem pagellarum, hac epigraphe:

„ Ad PEUTINGERUM.

„ Ista tuas ædes nunc, PEUTINGERE! subintrant
„ Carmina, quæ celebrent nomen in orbe tuum.
„ Nomen in orbe tuum decantent undique Vates,
„ Quis curæ est doctos tollere ad astra Viros. "

Occurrit ibi unum directum a *Nostro* præceptori suo *Simoni* GRYNAEO, datum 1526. *Heydelbergæ, XIII. Cal. Xbris.*

De

pium (*b*) habuit, *Criticus* & *Poëta* ſuæ ætatis percelebris, *græce* doctus. Floruit *Hagenoæ* circa annum MDXXVIII. & ſequentia orbi litterato dedit:

I. ALBINI, *Caroli illius Magni olim Præceptoris, in Geneſin Quæſtiones.* 8o. *Hagenoæ.* 1525. item 1529. Acceſſit poſtea *Micropresbytico*: *Veterum quorundam brevium Theologorum &c. &c. Elencho.* in folio. *Baſileæ.* 1550. Primus omnium *Noſter* Opus hoc ex Codice Bibliothecæ Eccleſiæ *S. Cyriaci* prope *Vangionum Wormatiam*, *Joannis* ENOLFI Decani, ac *Pancratii* THIEL Scholaſtici humanitate, ſibi commodato typis vulgavit, & *Laurentio Truchſeſſio a* BOMMERSFELDEN, Eccleſiæ *Moguntinenſis* Decano, dicavit (*c*).

II. *Dialogus ſeu Diſputatio Caroli M. & Albini de Rhetorica & Virtutibus.* 8o. *Hagenoæ.* 1529. *Typis Joannis Secer.* item *Pariſiis.* 1529. Apud *Simonem Colinæum*, teſte *Catalogo Biblioth. Bünavianæ*, *T. I. p.* 1968. Hoc itidem Opus primus publi-

De GRYNAEO ait *M.* CRUSIUS in *Annal. Suev. Dodec. III, p.* 646, ad annum 1541. *Deceſſit Calend. Auguſti peſte Vir excellens eruditione Simon* GRYNAEUS, *Baſileæ, anno ætatis* 48, *natus* 1493. *prope Feringam Sueviæ oppidum, in ditione Comitum Hohen-Zollerenſium. Legatur Vita ejus apud* PANTALEONEM, *de Viris illuſtribus Germaniæ, P. III,*

(*b*) Ibidem repperitur unum, directum a *Noſtro*, SYNAPIO ſuo, datum XV. Cal. Xbris. *Heydelbergæ.* in cujus fine inter alia ait:

„ Votis, ecce! tuis, docte Synapi!
„ Hoc fatis factum eſt carmine, *dulcis*
„ *Conſors in ſtudio.* . . . . "

Subjungitur *Ode* lyrica *Joannis* SYNAPII reſponſoria *Menrado* MOLTHERO *Auguſtano.*

(*c*) Conſule *novam Editionem* Operum ALCUINI, quæ prodiit *Ratisbonæ*, 1777. curante *RRmo. D.* FROBENIO S. R. I. Principe, & Abbate ad *S. Emmeramum* ibidem.

cavit *Noster* una cum altera *Dialogo* inter eosdem *de Dialectica* (*d*).

III. *Opusculum Agapeti, Constantinop. Ecclesiæ Diaconi, de boni Principis Officiis, e Græco, heroico carmine tralatum.* 8º. *in Officina Henr. Granii, Hagenoæ.* 1527. (*e*).

IV. *Lucta Christiana Psalmi L. deprecatoria.* 8. *Hagenoæ, per Jo. Secerium.* 1527. (*f*).

V. *Wilrammi Abbatis olim Ebersperyensis in Cantica Salomonis mystica Explanatio.* 8º. *Hagenoæ, per Guilielmum Seltz.* 1528. Dedicatio a *Nostro* dirigitur ad *Chuonradum* PEUTINGERUM *Augustanum*, qua ei hunc laborem suum *in perpetuum gratitudinis testimonium* consecrat ex *Heydelberga* (ubi tum temporis docendis publice bonis litteris vacavisse *Nostrum*, tradit *Jo. Georg.* LOTTERUS, in *Actis Erudit. Lipsiens. anno* 1733. *p.* 35.) pridie Calend. Decembr. 1528. haud ambiguis verbis se *Augustanum* profitens, dum ait; *Interim pro mea erga te incredibili pietate tibi*, *qui* patriæ nostræ, Augustæ Vindelicorum... *decus*.. *es*.. *hoc quidquid est opellæ nostræ*, *dedicavimus*. Quid autem in hac Editione Noster præstiterit, paucis accipe, Lector! Conscripserat *Wilrammus*, seu *Willeramus* hanc suam *Explanationem* Versibus latinis, quibus e regione Prosam sermone vernaculo, *teotisco* scilicet, adposuit: „ Hanc cum nulli aut usui aut voluptati fore „ Lectori putasset *Noster* (tum quia auctor usus es-„ set

(*d*) Consule *eandem Editionem*.

(*e*) *Maittaire Annal. typographici*, *Tom. II. P. II. p.* 687. Confer *J. A.* FABRICII *Bibl. græc. L. V. c. V. p.* 548.

(*f*) Vide *Catal. Biblioth. Bunavianæ*, *Tom. III. p.* 1187. & *Conr.* GESNERI *Biblioth. univers. Tom. II.*

„ ſet ſua dialecto nec omnibus familiari nec plana ; „ præterea quoniam & latinorum verborum non „ parum interſeruiſſet : ſiquidem Scripturæ teſti- „ monia citat latine) in ſermonem latinum, quam „ ſimpliciſſime potuit, totam convertit. " Hæc præter ſubjungens ait : *Certe mihi lectionem tum ob inſolitas illas & obſoletas voces, tum ob vetuſtatem ſcripti Codicis non parvo labore ſcio conſtitiſſe.* In fine Opuſculi occurrit Epiſtola *Jacobi* KAMMERLANDER *Moguntini*, *Hagenoæ* 7. Sept. 1528. ad MOLTHERUM data, ex qua colligitur, KAMMERLANDERUM curaſſe, ut hic *Noſtri* labor typis vulgaretur (*g*).

VI. *Juſti Urgellitani Epiſcopi Explanatio in Cantica Canticorum, Hagenoæ.* 1529. Tranſiit poſtea in *Micropresbyticon : Veterum quorundam brevium Theologorum &c. Elenchum. in* folio. *Baſileæ.* 1550. aliasque *Collectiones* ; de quo videri poteſt *Jo. Alb.* FABRICII *Biblioth. lat. med. & inf. Aetat.*

VII, *Chriſtiani* DRUTHMARI, *Theologi vetuſtiſſimi, in Evangelium Matthæi Expoſitio*, *per Menrad.* MOLTHERUM *reſtituta. Hagenoæ*, *per Johann. Secer. in* 8º. 1530. Continetur Opus hoc *foliis* 323, ſive *paginis* 646. De illius editione *Noſtrum* in *epiſtola nuncupatoria* audiamus : *Hæc tam felix in hoc Scriptore tractandæ Scripturæ dexteritas me impulit, ut illum ſquallidis pulveribus, quibus velut in vincu-*

H 4 lis

(*g*) Hæc prima WILLERAMI editio, a MOLTHERO accurata, digna viſa eſt, idque merito, *Jo. Georg.* LOTTERO, de qua fuſius ſingulari commentatione in *Actis Erudit. Lipſienſ. ad annum* 1733. *p.* 28. ageret; ubi jure una mecum miratur, eos omnes, qui WILLERAMUM poſt *Noſtrum* ediderunt, hujus editionis nullam mentionem feciſſe. De hac WILLERAMI editione fuſius quoque agit Liber : *Beyträge zur critiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache. XI. Stück*, *p.* 376. *ſeqq.*

his supra 500. *annos & amplius detentus fuit, exolverem. Restitui eum ad exemplar vetustissimum ex D. Andreæ, apud Vangionum Wormatiam bibliotheca.* Etsi hæc *Moltheriana* editio perrara sit, uti reliqua Scriptorum ecclesiasticorum Opuscula, a *Nostro* vulgata, universim omnia (quæ sors est usitatissima parvorum libellorum) extat tamen adhuc alia *Argentoratensis*, anni 1514. longe rarissima, *Nostro* ut videtur, dum suam edidit, ignorata. V. *Joann. Alb.* FABRICII *Bibl. lat. m. & i. ætatis. Neue Zeitungen von gelehrten Sachen. Leipzig.* ad annum 1732. *p.* 551.

VIII. *Juliani Pomerii contra Judæos Libri III. Heidelbergæ.* 1532. V. *Jo. Alb.* FABRICIUM *l. c.* item Librum: *Denckwürdigkeiten der königl. Bibliothek zu Dresden, Tom. III. p.* 541.

IX. *Alcimi Aviti de Origine mundi & transitu maris rubri &c. &c. Basileæ.* 1546. V. *Jo. Alb.* FABRICIUM in *Biblioth. Latin.* & *Jos.* SIMLERI *Bibliothecam. fol.* 1583. *p.* 6. 2.

X. *Catalogus Romanorum Pontificum.* 1546. (*h*). His omnibus addendum, quod *Jos.* SIMLERUS in *Bibliotheca, fol.* 1583. *p.* 602. de *Nostro* scriptum reliquit: *Extant hujus Auctoris aliquot Lucubrationes Basileæ, apud Hervagium, nondum impressæ.* Fors etiam in *Nostrum* quadrant ea, quæ *Georg. Matth.* KOENIG in *Biblioth. vet. & nov.* habet, dicens: MOLTHERUS (*Meinh.*) *struxit Chronicon*; præcipue si in vocem, *Meinh.* mendum irrepsisse, legendumque esse, *Meinr.* ponatur. Certe eo circiter tempore, quo Noster vixit, anno scilicet 1579. *Basileæ* prodierunt *Chronica, seu Rerum secundum temporum successiones in orbe gestarum memorabilium Elenchi*..

(*h*) V. *Mart.* LIPENII *Biblioth. juridicam, p.* 394.

Elenchi . . per multos viros claros continuati, in folio, uti teftatur *Jo.* CLESSIUS, in *Elencho consummatiss. unius Seculi*, in 4to.

Utinam plura haberem, quæ de Viro hoc diligentiffimo in medium afferam, ob id maxima commendatione digno; quod Scriptorum ecclefiafticorum quorundam operibus, e forulis bibliothecarum eruendis, curam primus impendit! Sed vel pauca hæc, vix credas Lector! quantum inveftigandi laborem poftularint.

STAMHAM feu STAMHEIM (*Melchior* de)

Nobilis *Suevus* ex patre *de* STAMHAM, ex matre vero *de* GILTLINGEN (*a*), prope *Conftadium* natus, a juventute litteris probe imbutus eft. *Viennam* poftea, *Auftriæ* metropolim profectus, gravioribus *Theologiæ* & *Juris pontificii* ftudiis ita vacavit, ut promeritos honoris titulos ex utraque Facultate reportarit (*b*); unde ei fpes ampliffimas concipere licuiffet. Aft rerum humanarum tædio captus, & divina anhelans, celeberrimo *Auftriæ inferioris* monafterio *Mellicenfi* fefe obtulit, magnumque in facra Religione progreffum fecit. Inibi facerdotio initiatus, poft parentum fuorum obitum patriam invifens, ad *Wiblingenfe* monafterium, a *Mellicenfibus* Religiofis jam reformatum, divertit, ftabilitatemque profeffus aliquamdiu *Cellarium* egit (*c*).

H 5 Hæc

(*a*) Vide *Joann.* PISTORII *Script. Rer. Germ. Tom. III*, p. 678.

(*b*) Ita teftatur KHAMMIUS in *Hierarch. Auguftana*, *P. III. p.* 79. *Hiftoria litteraria Ord. S. Bened. T. I. p.* 84. Noftrum *a facundia* prædicat, *Legumque Doctorem* vocat.

(*c*) Vide mox citatos PISTORIUM & KHAMMIUM.

Hæc inter, fama præclarissimas *Nostri* dotes, ejusque tum doctrinæ tum virtutum copiam latius propagante, opera *Petri* Episcopi *Augustani* & *Cardinalis*, Abbas *San - Udalricanus*, *Augustæ*, renunciatur. Factum hoc est anno 1459 (*d*).

In abbatiali munere constitutus *Noster* plurima pro restaurando monasterio & templo; pro disciplina monastica ad pristinam severitatem revocanda; pro monasteriorum in vicinia sitorum emolumento; pro totius denique *Ordinis Benedictini* reparatione gessit; quæ singula persequi nimis longum foret. Pauca, quæ sequuntur, silentio præterire haud possum. Præsedit nimirum *Noster* Capitulis provincialibus Ordinis sui tribus, anno 1464. *Herbipoli*: anno 1467. *Bambergæ*: anno 1470. *Erfordiæ* celebratis, in iisque, cum aliis Patribus, Statuta saluberrima condidit. Apud *Ludovicum* autem *Bavariæ* Ducem, *Petrumque* de *Schaumberg* Cardinalem ac Episcopum *Augustanum*, & successorem ejus *Joannem* de *Werdenberg* tanta valuit gratia, ut non solum in Consiliariorum album relatus, sed etiam intima horum Principum familiaritate fruitus sit. Hac autem eo usus est *Noster*, ut maxima *Ordini* suo commoda procurarit. Sed de hujuscemodi accuratius cognoscere quicunque voluerit, consulat *Chronicon Augustan. ecclesiast.* inter PISTORII *Scriptores*, *T. III. p.* 678. *Bernardi* HERTFELDERI *Basilicam SS. Udalr. & Afræ*, *p.* 180. KHAMMIUM in *Hierarch. August. P. III. p.* 79. *& seqq.* Meum est, litteraria *Nostri* merita persequi.

Quemadmodum *Melchior* Abbas ipse doctissimus extitit (quod ex superius narratis liquido patet) prætereaque *scientiam sacræ Scripturæ habuit plurimam*

(*d*) Vide KHAMMIUM *l. c.*

mam (*e*) ; ita cogitationes ſuas eo convertit maxime, ut bonarum litterarum ſtudia in monaſterio ſuo modis, quibus id fieri poſſet, omnibus proveheret, & monachorum ſibi ſubditorum animos ad Muſarum culturam excitaret, probe cognitum habens, *otium maximam aſceteriis perniciem afferre* (*f*). Adjuverunt autem optimum hoc *Melchioris* conſilium duæ potiſſimum res: videlicet, quod ſub initia ſæculi XV. ſtudia in eo monaſterio quaſi repullulaſcere cœpiſſent: & quod per illa tempora *peritis fratribus locus ille abundarit* (*g*). His factum, ut multo optatiſſimus eventus *Melchioris* ſummis laudibus dignum propoſitum conſequeretur, præſertim cum illius veſtigia ſucceſſores in abbatiali officio, *Henricus* FRIES, & *Joannes de* GILTLINGEN, ſollicito pede terere minime intermiſiſſent (*h*).

Sed

(*e*) Teſtatur hoc de *Noſtro Sigism.* MEYSTERLINUS in *Indice* MSS^to. *monaſterii SS. Udalr. & Afræ*, *P. III. c.* 6. Conſonat *Henricus* LUR Plebanus *Dillingenſis* (V. *Bernardi* PEZII *Codicem Epiſtolarem P. III*, *p.* 407.) ad *Noſtrum* in hæc verba ſcribens: *Attuliſtis ad Ordinem ſcientiam competentem*, *& in eodem ſtuduiſtis hiſtoriarum intelligentiam*: *& poſtquam fuiſtis vocati tanquam Aaron ad Prælaturam*, *effudiſtis publice eandem prædicando*, *inprimis Paſſionem D. N. Jeſu Chriſti.* Alludit *Henricus* his poſtremis verbis ad *Concionem de Paſſione Domini*, quam *Noſter* paucis poſt, quam ab Epiſcopo in Abbatem confirmatus eſſet, diebus in domo prædicatoria habuit, feria VI. Paraſceves.

(*f*) Ita *Bernard.* HERTFELDER in *Baſilica SS. Udalr. & Afræ*, *p.* 181.

(*g*) Hujus rei teſtem rurſus habeo *Sigism.* MAYSTERLINUM, *l. c.*

(*h*) Certe Aſceterium celeberrimum *San-Udalricanum*, *Auguſtæ*, hoc ſæculo, ſcilicet *decimo quinto*, viros doctos complures habuit; quos hoc loco memorare breviter,

tum

Sed ad *Melchiorem* revertamur. Itaque is duplici potissimum via ad cogitata sua perficienda aggressus

tum ipsa præsentis Operis natura, tum vetustatis omni commendatione semper dignissimæ ratio justa persuadent.

I. *Narcissus* PFISCER (fors melius PFISTER) de quo *Chronicon Augustanum*, inter *Jo.* PISTORII *Script. Rer. Germ. T. III. p.* 660. sequentia narrat: *Circa annum Domini MCCCCXX. floruit in illo loco* (San-Udalricano monasterio) *egregius SS. Theologiæ Doctor Narcissus* PFYSCER, *ex Ordine Prædicatorum ad nos declinans. Hic ubique in libris reliquit vestigia suæ scientiæ & laboris.* Et paulo inferius, *pag.* 684. additur: *Anno MCCCCXV. Narcissus* PFISTER *hic in isto monasterio theologus magnus habetur.* Meminerunt *Narcissi* hujus *Corb.* KHAMMIUS in *Hierach. August. P.III. p.* 67. *plurimorum librorum auctorem* eum vocans: & Perillustris *Paulus a* STETTEN in *Erläuterungen der Vorstellungen aus der Augspurgischen Geschichte, p.* 50. Præcipuam vero *Petrus* WAGNER, in *Congesto MSSto. Virorum illustrium Ord. S. Bened. tit.* 7. ejus mentionem facit verbis sequentibus: *Vir sane multa humanarum divinarumque litterarum* (*ut viva adhuc, manu ipsius chartis impressa, conservat memoria*) *peritia clarus, sacræ denique Theologiæ Doctor circa annos Domini* 1420. *clarens. Ex his, quæ illustris perspicacissimi ingenii sui sinu multa recondita habuit, pleraque* (*pauca licet*) *litteris expressit. Unde super* 4. *Sententiarum libros & in laudes* Θεοτοκε *ita egregie scripsit, ut cuivis ex antiquorum Doctorum scriptis recta fronte ejus dicta conferri possint.* Extant ab eo in Bibliotheca *San-Udalricana* complures *Codices MSSti.* in quibus materiæ philosophicæ & theologicæ pertractantur. Habentur ibi & *Conciones* Nostri, & Tractatus super *Genesin* & *Leviticum.* Vixit adhuc & scripsit anno 1434.

II. *Henricus* FRIES *Augustanus, præclaris ingenii morumque dotibus præditus*, a primis annis in monasterio educatus, anno autem MCCCCLII. Regulam *S. Benedicti* professus; qui postea etiam Abbas in locum defuncti *Melchioris* de STAMHAM anno MCCCCLXXIV. electus, multa cum laude coenobio præfuit usque in annum 1482. quo, die 89. Martii, vivis excessit. Hic, cum *Joannes ab* HOHENSTEIN

gressus est. Primum quidem Bibliothecam monasterii,

STEIN Abbas *Vitam Christi* scribendi mandatum coenobitis dedisset, ejus Libri *Partem I.* exaravit; Abbas autem effectus, decessoris sui *Melchior. de* STAMHAM vestigiis laudabiliter insistens, Bibliothecam plurimis libris, aliunde comparatis, copiose adauxit, splendidioremque reddidit, prout docet *Sigism.* MAYSTERLINUS in *Chronico August. eccles.* superius a me memorato, & in *Indice* MSSto. *Monasterii SS. Udalr. & Afræ, P. III. c.* 6. dicens: *Scripsit plurimos libros manu sua, certosque comparavit.* Confer KHAMMII *Hierarch. August. P. II. p.* 255. & *P. III. p.* 88.

III. *Henricus* & *Joannes*, *de Carniola* cognominati, fratres germani, quorum prior natus in oppido *Reiffniz*, nomen suum anno Christi 1425. alter vero jam anno 1423. familiæ *Benedictinæ* in *Mellicensi* cænobio dederat, ambo *doctrina* & *pietate insignes*. Ex eo loco abs Abbate *Joanne ab* HOHENSTEIN, restituendæ disciplinæ monasticæ ergo, *Augustam* vocati sunt, inque monasterio *San-Udalricano Henricus* quidem Prioris: *Joannes* vero Subprioris munus laudabiliter gesserunt. Idem *Henricus* jussu memorati Abbatis *Dispositorium bene moriendi* composuit: *Joannes* autem *Partem II.* supra dictæ *Vitæ Christi* conscripsit. Ambo unum eundemque annum, scilicet 1456. fatalem habuerunt, unoque conditorio sepulti unius itidem epitaphii honorem acceperunt. Videatur *Corb.* KHAMMIUS in *Hierarch. August. P. III. p.* 71. & *Bernardus* PEZIUS in *Bibliotheca ascet. T. VIII. p.* 645. 646. atque *Martin.* KROPF in *Biblioth. Mellicensi*, *cap.* 43. 44.

IV. *Thomas de Gerzen*, quem jam anno 1444. *Catholicon* in pergameno scripsisse, finisseque anno 1446. tradit *W.* WITTWER in *Catalogo* MSSto. *Abbatum SS. Udalr. & Afræ.* Is ex Monacho *San-Udalricano* Abbas *Tnierhauptanus* anno 1457. effectus est: *Augustæ* vero commorans, *Partem III.* mox memoratæ *Vitæ Christi* confecit. Obiit anno 1468.

V. *Henricus* PITTINGER, haud dubie *Augustanus*, vitam monasticam in patrio cænobio amplexus, quem primum Deo sacrificium anno MCCCCXLIV. litasse repperio. Cum esset artis scribendi & inaurandi peritissimus, jussu *Melchioris de* STAMHAM, una cum aliis scripsit Libros elegantis-

ſterii , quæ antea in loco minus tuto ; *ob ſtillicidia de*

gantiſſimos *Graduales* ; *Antiphonales* &c. in Chori uſum, pluresque alios Bibliothecæ ornandæ deſtinatos. Antea vero, ex voluntate *Joannis ab* HOHENSTEIN Abbatis, *Partem IV*, ſæpius laudatæ *Vitæ Chriſti* compoſuit. Obiit anno 1483. epitaphio honoratus, quod *Wilh.* WITTWER *l. c.* exhibet. V. *Corb.* KHAMMII *Hierarch. Auguſt. P. III. p.* 74. 80. 99. *Pauli a* STETTEN *junioris Erläuterungen*; *p.* 70.

VI. *Joannes* quidam, quem an unum eundemque cum mox laudato *Joanne de Carniola* facere debeam nec ne? haud ſatis ſcio. Utcunque ſit; ſcripſit *Joannes* hic noſter latino metro *Compendium Salvationis humanæ* : quod invenies ad calcem *Speculi humanæ Salvationis*, ab ANDREA *Italo*, presbytero compoſiti, & intra annos 1470 — 1480. haud dubie *Auguſtæ*; &, quod ſuſpicor, in *San - Udalricano* cænobio excuſi (Prodiit equidem hoc *Speculum* ſine anni, loci, & typographi indicio; ſed typi, partum Auguſtanum eſſe, produnt: unde & *G. G.* ZAPFIUS in *Annal. Typograph. Auguſt. p.* 97. merito illud libris *Auguſtæ* impreſſis annumeravit) Sed ad *Compendium* prænominatum redeamus. Hujus ſubſcriptio hæc eſt:

Explicit humanæque ſalutis Summula plane
A me Fratre Johanne *tui*, *Pater Ordinis alme*!
Vir Benedicte! puta quaſi minimo monacho.

Præfatio dein ſequentia, ad propoſitum noſtrum facientia, habet: *Cum igitur prolixitas* (Auctoris ANDREAE) *præſertim tepidis Lectoribus mater ſit faſtidii, eorum tarditati conſulere proponens, auxiliante Domino humanæ ſalvationis auctore, ſui ad laudem & honorem, Proximorum profectum, mei exercitationem ſive exulantis aliqualem conſolationem, dicti libri materias ſententialiter metrica cogitavi perſtringere compendioſitate.* Et ſub finem ait: *Denique hujus Opuſculi laborem, quod ſi placeat* Compendium *ſive* Breviloquium humanæ ſalvationis *nominetur, debita cum reverentia & humilitate offero reverendo in Chriſto Patri D. Johanni Abbati monaſterii SS. Udalrici & Afræ urbis Auguſtenſis, ut ſua auctoritate emendetur addendo, minuendo, commu-*

de tecto Ecclesiæ descendentia, reposita erat, alio trans-

commutando, *sicut videbitur necessarium: de cujus voluntate, in suo degendo monasterio, præsens Opus compilavi. . . .*

Extat autem hoc ANDREAE *Speculum* &c. in folio, cum figuris plurimis ligno incisis, & cuivis Capitulo *latino* subjecta Versione *Germanica*, in Bibliotheca *San - Udalricana Augustæ*. Simile Exemplar in Bibliotheca *Gurcensis* Episcopi in *Carinthia* repperiri ex MEERMANNO, monuit *D. de* HEINECKEN in Libro: *Nachrichten von Künsten und Kunstsachen*, *Vol. II. p.* 229. credens, illud aliud Opus esse ab eo *Speculo humanæ salvationis*, de quo ipse agit. At errat; idem namque Opus est, si ad *Contenta* Operis respectus habetur; sed plura habet *Capitula*, alioque dispolita ordine, & *figuras* alias. Ceterum mox memoratus Vir nobilissimus *de* HEINECKEN, postea *Augustam* transiens, in Bibliotheca *San - Udalricana*, me aditum parante, hoc *Speculum* &c. vidit & sollicite annotavit. Utrum autem Annotata sua publici juris fecerit, haud scio.

Denique monendum restat: non solum *Compendium Salvationis humanæ* deberi *Johanni* nostro; sed insuper verosimillimum videri, eundem etiam *Versionis germanicæ* parentem esse.

VII. *Petrus* WAGNER, de quo inferius peculiari paragrapho agam.

VIII. *Leonardus* WAGNER, alio nomine *Wirstlin*, vel voce ex Græco desumpta *Hamaxurgus*, latine vero *Currifex* dictus, *Schwabmenchingæ*, oppido aliquot lapidibus Augusta dissito, anno 1454. natus, presbyter & professus conventus *San - Udalricani* floruit sub Abbatibus *Henrico* FRIES, *Joanne a* GILTLINGEN, *Conrado* MOERLIN, & *Joanne* SCHROTT. Fuit Calligraphus incomparabilis, qui non solum plurimos libros in cænobii sui & chori usum manu elegantissima scripsit, sed insuper artis scribendi laude tanta enituit, ut a Viris nobilissimis (hosque inter *Wolfgango de* ZILLENHART, *rei militaris ac utriusque Juris titulis illustrato*, *Decano Ecclesiæ cathedralis Augustanæ*) si quidem libros venuste sciteque scriptos sibi vellent, adhibitus: itemque ab *Zwifaltensi* tum temporis Abbate ad erudiendos in arte calligraphica fratres accersitus, ab eoque postea in monasterium *Montis Mariæ* missus

tranſtulit, amplificatamque conquiſitis undique libris,

miſſus ſit, quo eandem artem octo Sanctimoniales doceret. In idem opus inſuper ab Abbate *Salemitano* evocatus *Noſter*, ibi quoque ſcripturas nobiliores exarandi methodum tradidit. Quos in monaſterii ſui uſum *Leonardus* ſcripſit, libros accurate fuſeque recenſet *Corb.* KHAMMIUS in *Hierarch. Auguſt. P. III. p.* 116. Eminet tamen inter ſcripturas *Noſtri* Liber ***centum*** diverſarum ***ſcripturarum*** latinarum, ***in*** *4to. oblongo*, quem *Leonardus* anno 1507. ſcripſit addito cuilibet *ſcripturæ* proprio, peculiari ac erudito nomine & cui titulum hunc fecit: ***Proba centum Scripturarum diverſarum una manu exaratarum.*** Dicavit illum *Noſter* MAXIMILIANO Imperatori, cui monaſterium *San-Udalricanum* inviſenti cum offerretur, ferunt, modeſtiſſimum Principem munus recuſaſſe, dixiſſeque, ſe neutiquam eum in finem veniſſe, ut monaſterium cimeliis ſuis ſpoliaret. Extat Liber iſte adhucdum in Bibliotheca ***San-Udalricana***, mira elegantia varietateque nitens. Anno 1492. interfuit *Noſter* ſolenni Translationi Reliquiarum ***S. Symperti.*** Diem ſupremam oppetiit anno 1522. teſte epitaphio ſequenti: *Anno* 1522. *Obiit Fr.* ***Leonardus*** *Wirſtlin Monachus & Senior hujus monaſterii*, ***Kalendis Januarii.*** Servatur adhuc, præter ſuperius memorata, ſpiſſum Volumen *Adverſariorum Noſtri*, in quo varia ***hiſtorica***, ***poetica***, ***theologica***, ad *Res Auguſtanas* & *Monaſterii* ***San-Udalricani*** pertinentia exhibentur. Meminerunt *Noſtri* inſigni cum laude *Ach. Pirmir.* GASSARUS inter MENCKENII ***Scriptores***, *T. I. p.* 1730. BRUSCHIUS in *Monaſteriol.* p. 140. *Bernard.* PEZIUS *Theſ. Anecdot.* in *Diſſert. iſagog.* ***ad Tom. I. p.*** XXXIV. & XXXV & *Tom. II. P. III. p.* 450. KHAMMIUS in *Hierarch. Auguſt. P. III. p.* 89. & 115. item *P. II. p.* 293. *Paul.* a STETTEN in *Erläuterungen*, *p.* 70. KOENIG in *Biblioth. v. & n.* ZIEGELBAUER in *Hiſtoria litter. Ord. S. Bened. T. IV. p.* 730. item *T. I. p.* 564. *C. G.* JOECHER in *Gelehrten-Lexicon v.* WIRSTELIN. *J. A.* FABRICIUS in *Hiſtorie der Gelehrtheit*, *T. III. p.* 184. ubi *Noſtrum* memoria dignis ſui temporis *Philologis* accenſere minime dubitavit. *Leonardo* aptiſſime jungitur *Conradus* WAGNER de *Ellingen*, prope *Weiſſenburgum* oriundus, qui, quos ***Leonardus*** ſcripſit manu elegantiſſima, libros penicillo arti-

bris, tam excusis quam manuscriptis, insigniorem artificiosissimo illustravit variis multoque venustissimis ornans picturis. Fuit cænobii sui *Subprior*, obiitque anno 1496.

IX. *Joannes de* GILTLINGEN, qui, etsi a puero Monachis *Hirsaugiensibus* commendatus, litterisque ab iisdem instructus, Ordini *S. Benedict. Hirsaugiæ* nomen dedisset, tamen petente *Melchiore de* STAMHAM, cujus consobrinus erat, quamvis ægre, dimissus *Augustam* venit: ibique, post *Mellicense* & *Tegernseense* cænobiis visitata, *Novitiorum magister*, *Subprior*, demum anno 148? Abbas *San-Udalricanus* constitutus est. Gesta ejus prolixo sermone narrat P. *Corb* KHAMMIUS in *Hierarch. August.* P. *III*, p. 90. Supremis fatis decessit anno 1496 Ingenii & doctrinæ monumenta reliquit 1o. *Sermones capitulares*. in 4to. 2o. *Epistolas* varias, in 4to. quæ omnia adhucdum visuntur *manuscripta* in Bibliotheca *San-Udalricana*. Præterea *Sigismundum* MAYSTERLINUM monachum scribere jussit *Chronicon ecclesiasticum Augustanum* (quod inter PISTORII *Scriptores Rer. German. T. III. p.* 657. habetur deinde etiam *Indicem Monasterii SS. Udalrici & Afræ*; & procul dubio scribenti opem contulit. Similiter *Nostri* jussu *Petrus* WAGNER ad *Congestum Monachorum illustrium &c.* colligendum aggressus est.

X. *Joannes* GRIESHERR *Dillinganus* patria, domicilio *Augustanus*, qui anno 1492. Translationi *S. Symperti* cum aliis loci illius cænobitis interfuit, laudatus ab OUDINO in *Comment. de Script. ecclesiast. T. III. p.* 2722. *Bernardo* PEZIO in *Dissert. isagog. ad Tom. I. Thesauri Anecdot. p. XXXII.* & *Tom. II. P. III. p.* 450. *Magnoaldo* ZIEGELBAUER in *Historia litteraria Ord. S. Bened. Tom. I. p.* 564. & 565. ubi tamen loco 1416. omnino 1516. ponendum est, & *Tom. IV. p.* 526. Limavit acceptam Roma *Vitam S. Onyphrii Eremitæ*. Extat MSStum. in Bibliotheca *San-Udalricana*. Correxit præterea, recensuit, elimavit *Petri* WAGNER *Congestum Virorum illustrium Ord. S. Benedicti &c.* de quo consuli quoque poterit *Petrus* LAMBECIUS in *Commentariis de Biblioth. Cæsar. Vindobonensi*, *T. II. p.* 827. & *Tom. I. p.* 655. Mortalitatem explevit

rem (*i*) reddidit, ut hac ratione Cœnobitæ haberent, quibus ingenia pascerent, & variarum scientiarum subsidiis magis magisque instruerentur. Profecto hos ipsos laudabilibus Abbatis sui conatibus egregie respondisse testatur *Sigism.* MAYSTERLINUS (*k*), dum ait: *Cum autem ampliorem fecisset locum pro libris, tam ipse* (Abbas) *quam fratres studuerunt eum replere.* Sic instaurata, reformata, amplificata Bibliotheca accidit illa ætate, ut singulari divinæ providentiæ consilio ac gubernatione ars typogra-

plevit anno 1522. teste Necrologio *San - Cruciano*, *Augustæ*.

XI. *Leonardus* WEINLIN, qui primum in monasterio *Tegernseensi*, deinde in monasterio *Mellicensi* sub finem *sæculi XV.* diutius hospitatus, plura ad *Reformationem*, in cœnobio *San - Udalricano* a *Mellicensibus* inceptam, perficiendam conscripsit. Extat Opus ejus in Bibliotheca *San - Udalricana*. Obiit anno 1536.

XII. Taceo *Joannem* patria *Augustanum*, Monachum *San - Udalricanum* & *Balthas.* KRAMERUM, de quibus pauca dixi in *Alphabeto I. Bibliothecæ meæ Augustanæ*, p. 93. 97.

XIII. Sileo *Wilhelmum* WITTWER Chronographum sui cœnobii industriosissimum, quem mox citati *Alphabeti I.* p. 214. laudavi.

XIV. Prætereo *Sigismundum* MAYSTERLINUM, de quo superius peculiari paragrapho pro meritis egi.

XV. His addi posset *Sigismundus* GOSSENBROTT (si tamen vera narrat *Paul. a* STETTEN *junior* in *Erläuterungen der .. Vorstellungen aus der Geschichte Augspurgs.* p. 50.) ubi, quin ullum Asserti sui testem citet, ait: hunc *Sigismundum* sæculo XV. in dicto coenobio vixisse, & scripsisse *de Origine Civitatis Augustanæ*, lucubrationemque suam dedicasse *Sigismundo* Imperatori. Sed horum omnium ne vola quidem in eo Asceterio reperitur.

(*i*) Narrat hoc MAYSTERLINUS, & *Bern.* HERTFELDER *ll. cc.*

(*k*) In sæpius citato *Indice* MSSto.

pographica tum nobiliſſima tum utiliſſima (Atque utinam peſſimum hominum genus ea non tam male uteretur) originem ſumeret. Itaque & hanc *Melchior*, quo fratres ad litteras magis animaret, otiumque a ſuo monaſterio quam longiſſime pelleret, in illud introduxit (*l*). Fuſe hæc, accurateque, quoad per temporum vetuſtatem, rerumque caliginem licuit, in mea *Diatribe de Origine & Incrementis Artis Typographicæ in urbe Auguſta Vindelica* (*m*) & in *Addendis ad* eandem *Diatriben* (*n*) ſum exſecutus. Quamobrem illa hoc loco repetere ſupervacuum fore deputo. Comparatis igitur non ſine magno ſumptu omnibus, quibus ad cudendos libros opus eſt, mox arti typographicæ *tum per ſe, tum per peritos fratres, quibus abundabat, operam dedit*, compluresque libros, & hos inter oppido ſumptuoſum *Speculum hiſtoriale* VINCENTII *Bellovacenſis*, tribus magnis in *folio* voluminibus conſtans, typo commiſit. Qua in re ita ſe geſſit *Melchior* Abbas, ut ſimul apertiſſime declararit, nil ſe litteris librisque antiquius habere; utpote qui nullis in hoc impenſis pepercerit, adeo ut nonnihil æris alieni contrahere coactus fuerit; quod tamen, poſt obitum *Noſtri*, ſucceſſor ejus *Henricus* FRIES cito exſolvit (*o*). Hac ratione dum libris cudendis gnavi-

I 2 ter

(*l*) MAYSTERLINUS, HERTFELDER, KHAMMIUS, & alii.

(*m*) Præfigitur *G. G.* ZAPF *Annalib. Typographiæ Auguſt.* latine editis, in 4to.

(*n*) Habentur illa in fine *Alphabeti I. Bibliothecæ* meæ *Auguſtanæ*, in 8vo. Utrumque, & *Diatriben* & *Addenda* ad eandem, ſuis inſerta locis, brevi tempore in 8vo. *majori*, ſpes eſt, noviter compariturum.

(*o*) V. *Wilh.* WITTWER in *Catalogo* MSS. *Abbatum San - Udalrican.* Hinc non video, quo jure ſupracitatus *Hen-*

ter inſtitit *Melchior*, id eſt confecutus, ut complures libros alibi impreſſos per modum cambii ſive commutationis obtineret: ac novis identidem acceſſionibus aucta ſit monaſterii Bibliotheca; quæ ipſa ex illo tempore magna primævarum editionum, præcipue in *Italia* excuſarum, copia gloriatur, & Inſtauratoris ſui nomen, etiam poſt mortem, prædicare non ceſſat.

Deceſſit autem e vivis *Melchior*, Vir tam de San - Udalricano, quam aliis cænobiis, de toto Ordine Benedictino, deque Re litteraria præclare meritus, anno 1474. die 30. Januarii; poſtquam prius abbatiale officium abdicare ſecum decreviſſet, jamque ædificium vitæ ſuæ ſolitariæ deſtinatum exſtruxiſſet. Corpus exanime in tumulo (quod vivus petierat) fratrum germanorum & monachorum *Henrici* & *Joannis de Carniola* conditum requiem invenit (*p*).

Meminerunt de Noſtro, præter Scriptores ſuperius allegatos, *Bernardus* PEZIUS & *Martinus* KROPFIUS. Prior horum

Epiſtolas duas in cauſſa unionis & conformitatis in regulari Obſervantia Monaſteriorum Benedictinorum in Germania

exhibuit *Tom. VIII. Bibliothecæ Aſceticæ*, *p.* 612. 624. *Epiſtola I.* data eſt ad *Joannem* Abbatem *Mellicenſem* anno 1464. in die S. Catharinæ. *Epiſtola II.* ſcripta eſt ad *Conradum* Abbatem *Tegernſeenſem* anno 1467. Poſterior in *Bibliotheca Mellicenſi, cap.* 61. Vitam *Noſtri* ex KHAMMIO & HERTFELDERO fuſi-

Henricus LUR in *Epiſtola* ad *Noſtrum* anno 1473. ſcripta, *ut is ferventius in remotione ignorantiæ ab Ordine laboraret*, optarit, aliaque nonnulla in *Noſtro* redarguerit.

(*p*) V. KHAMMIUM in *Hierarch. Auguſt. P. III. p.* 86. ubi *Caſpar* BRUSCHIUS corrigitur.

fusius dedit, laudatque has Epistolas verbis sequentibus : *Elucubravit duas graves Epistolas in caussa Unionis &c. &c. De his Epistolis jam in ejus vita mentionem fecimus...* Subin vero addit; nec temere, meo quidem judicio : *Non est dubium, quin plura scripserit, quæ tamen hactenus me fugiunt.*

STENGELIUS (*Carolus*)

De *Caroli* STENGELII meritis scripturus, quid in eo primum laudem ? an pietatem virtutumque studium : an in adversa difficilique fortuna constantiam & æquanimitatem : an vero eruditionis varietatem ac magnitudinem. Hoc postremum certe pro instituti Operis ratione maxime persequar: priora duo vero in contextu narrationis leviter perstrinxisse satis habebo. Atque hoc ipso in negotio illud peracommodum mihi accidit, quod STENGELIUS noster vitæ suæ circumstantias maxima ex parte suo ipse calamo perscripsit, perscriptasque in quodam parvo *Adversariorum* volumine, quod in Bibliotheca *San - Udalricana* Ord. *S. Benedicti, Augustæ*, manuscriptum servatur, posteritati reliquit. Itaque STENGELII vitam verbis STENGELII describens non habebo, quamobrem aut falli ipse aut fallere alios reformidem. Addam præterea sedulo, quæcunque, ab aliis Scriptoribus memorata, in rem præsentem faciunt.

Carolus STENGELIUS primam vitalem auram *anno MDXXCI. die* 29. *Januarii, Dominica Sexagesimæ, mane circa horam octavam hausit, postquam mater integro triduo ex partu laborarat : Unde infans tam imbecillo corpore prodiit, ut omnes, ad virilem ætatem eum minime perventurum, crederent. Certe debili utplurimum stomacho, capite autem infir-*

mo semper fuit. Patrem habuit *Christophorum* (*a*) matrem *Chunigundam* (*b*), ambos & honestate natalium, & probitate vitæ commendabiles.

Porro Carolus, necdum septennium ingressus, usus est præceptore domestico (*neque enim scholas triviales frequentare volebat*) *Joanne* FRIESENECKER *homine probo & pio: a quo Principia & Rudimenta, ut vocant, Grammatices percepit, atque litteras pingere addidit. Gymnasium patrium vero Societatis Jesu adivit* 1588. *sub festum Pentecostes, & ad secundam Grammatices classem ascendit eodem anno in festo D. Lucæ. Præceptorem in utraque classe habuit Christophorum* GRENZINGUM (*c*)*: in Syntaxi vero semestri P. Christophorum* AMANUM, *deinde anno integro*

(*a*) Is *Schwabmenchingæ*, pago aliquot lapidibus *Augusta* dissito, natus est. Adolescens adhuc inserviit nonnullis annis *DD. Antonio* & *Philippo* FUGGERIS *Marci senioris* filiis, *Ingolstadii* litteris operam dantibus, eisque admodum acceptus fuit. Deinde Abbatis *Fultenbacensis* aliquamdiu cubicularium, ac, postliminio *Augustam*, ad *Jacobum* KOEPPLINUM Abbatem *S. Udalrici*, cujus commendatione a *DD.* FUGGERIS in servitium adlectus fuerat, reversus monasterii obsonatorem egit. Matrimonium iniit anno 1580. decessit ex phthisi anno 1588. relinquens superstites *Carolum* & *Georgium* STENGELIOS, nostros. Ejus Epitaphium habet *Daniel* PRASCHIUS *Tom. III. Epitaph. August. p.* 50.

(*b*) Hæc *Norimbergæ* catholicis nata parentibus tempore *Foederis Smalcaldici*, quod introductæ *Lutheri* doctrinæ consentire nollet, exul facta, duodennis una cum matre *Augustam* venit, ubi primum *Christophoro* STENGELIO, dein *Nicolao* BERTSCHIN *Illuministæ* (sit verbo venia) anno 1589. nupsit. Obiit 1616. die 27. Junii.

(*c*) De GRENZINGO, postea Theologiæ Doctore, Rectore Collegii *Dillingani*, denique Provinciali *Soc. Jesu* videri poterit *Historia Soc. Jesu, German. super. Tom. III. n.* 305. 332. 959. 1010.

tegro Nicolaum LILIUM: *in Humanitate autem Christophorum* HOLZLEUTNERUM (*d*). Sic dum studia inter cum laude adolevisset, animum ad sacram *D. Benedicti* familiam adjecit, votique damnatus cœnobium *SS. Udalrici & Afræ, Augustæ*, anno MDXCIII. die 16. Januarii, Abbatis munus *Jacobo* KOEPPLINO (*e*) gerente, ingressus est (*f*).

I 4 Idem,

(*d*) Hujus memoriam celebrat *Philipp.* ALLEGAMBE in *Bibliotheca Script. Soc. Jesu*, p 75.

(*e*) KOEPPLINI laudes perscripsit *Corb.* KHAMM in *Hierarch. August. P. III. regul. p.* 121.

(*f*) Vixere sub id tempus in eodem loco duo Cœnobitæ minime illiterati, *Gregorius* GASTEL & *Sympertus* BERCKMULLER, de quibus in transitu pauca dicere juvat. *Prioris* memoriam nobis servavit *P. Corb.* KHAMM in *Hierach. August. P. III. regul. p.* 122. Fuit *Gregorius* ex pago *Ursiuensi* prope *Kaufburam* (*Irrsee*) oriundus, qui, postquam anno 1571. solennibus sese votis familiæ *Benedictinæ* adstrinxisset, *Senior. Sacerdos jubilæus*, *Subprior*, demum anno 1588. (aliis 1589.) monasterii *Prior* evasit: quo postremo officio per annos 27. solertissime functus est. Vir in studiis assiduus; in laboribus pro sacro Ordine apprime sedulus; Poeta minime illepidus; usque ad decrepitam ætatem Scriptor industrius; facultate scribendi prius quam voluntate laborandi destitutus. Non enim nisi cum languerent *effoeto in corpore vires*, studiorum cultum & Prioris officium deposuit, quo anno 1615. decedens, sequente protinus anno die 21. Decembr. etiam vita decessit, ætatis LXXIX. Vidi a *Nostro* 1°. *Von Verschmähung der Welt, oder: Von dem Elend und Arbeitseligkeit menschlichen Wesens.* Opus ex Latino *Innocentii III.* Papæ versum. in 8°. 1607. *Ingolstadt.* 2°. *Gesta Christi*: Die Geschicht Christi des Herrn von seiner Kindheit an bis auf sein sigreiche Himmelfarth, kürzlich aus den 4. Evangelisten gezogen. in 8vo. *Augspurg.* Apud Christoph. *Mang.* 1606. Dicatum Opusculum *D. Genofevæ* ROETTIN Abbatissæ in *Kiebach.* 3°. Carmina *Nostri* varia reperiuntur tum præfixa Libris typo excusis, tum MSSta. in Bibliotheca

Idem, edita anno 1596. die 12. Martii Profeſſione, paucisque poſt diebus ſuſcepto Acolythatus Ordine, eodem anno 19. Auguſti *Ingolſtadium* ex Superiorum voluntate, in Collegium Convictorum *S. Ignatii martyris*, profectus, in *arte dicendi Joachimum* MECHLINUM (*), in *Dialectica P. Adamum* HIGINIUM (*g*), in *Caſibus conſcientiæ Vitum* MICHAELEM *Pragenſem*, ex Judæo SS. Theologiæ Doctorem, mandato Principis *Guilielmi* Rectorem Collegii *Gregoriani* a *Petro* CANISIO proclamatum (*h*), poſtea Franciſcanorum familiæ adſcriptum, audivit, ſed breviori, quam optaſſet ipſe, tempore; etenim inſequenti mox anno, ſcilicet 1597. poſt feſtum Pentecoſtes a Superioribus revocatus, viam domum relegere debuit, ubi Philoſophiæ operam

theca San - Udalricana, Auguſtæ. *Poſteriorem* laudat *Hiſtoria Univerſitatis Salisburgenſis*, *p.* 424. hiſce verbis: *Sympertus* BERCKMULLER *Monachus in coenobio SS. Udalrici & Afræ* anno 1612. factus, *ſtrictioris obſervantiæ toto vitæ curſu obſervantiſſimus*, *Logicam*, *quam anno* 1621. *in Univerſitate Salisburgenſi non ſine applauſu ceperat*, *iterum dimiſit anno* 1621. *nec ullis amicorum precibus adduci potuit*, *ut publicas cathedras porro illuſtrare pergeret*. *Domum itaque reverſus*, *majoris* (*ut dictitabat*) *perfectionis ſtudio Ordinem S. Franciſci ſuſcepit*; *in quo etiam reliquos vitæ dies religioſe transegit*. *Scripſit* Quæſita logica. in 4o. 1622. Confer, ſi lubet, *Jo. Chriſtoph* ADELUNG *Fortſetzung und Erganzungen zu C. G.* JOECHERS *Lexicon*, *T. I.*

(*) MECHLINUS ſeu MEGLINUS *Abbatiscellenſis*, *Societatis Jeſu*, Profeſſor Rhetorices *Ingolſtadii* anno 1596. factus eſt, uti monent *Annales Academ. Ingolſtad. T. II. p.* 145.

(*g*) Hic, natione *Anglus*, *Societatis Jeſu*, anno 1592. Profeſſor *Logices Ingolſtadii* conſtitutus fuerat, teſtantibus id *Annalibus Academiæ Ingolſtadienſ. T. II. p.* 128.

(*h*) De MICHAELE plura habes in *Annal. Acad. Ingolſtad. T. II. p.* 143. 145. 145. 157.

ram ſub *M. Georgio* HIGELIO *Landishutano* navavit. Et quanquam maxime in votis ſemper habuerit, ut ſibi altiorum ſcientiarum præcepta in quadam Academia addiſcendi copia fieret, id tamen aſſequi nunquam potuit, *a Senioribus impeditus, qui Viros doctos ſuſpectos habebant, & graviora ſtudia a Monachis haud pertractanda eſſe cenſebant.* Quapropter merito mirandum videri poſſet, quod is ſeſe poſtea tot tamque præſtantibus libris conſcribendis parem ſenſerit; niſi hoc ipſum ſingulari Deiparæ Virginis, quam ardentiſſimis precibus pro impetranda Academiæ frequentandæ venia adiverat, patrocinio maxime adſcribendum eſſe, ipſe teſtatum reliquiſſet.

Anno 1602. *Noſter* Subdiaconatus: anno ſequenti Diaconatus, anno demum 1605. Presbyteratus Ordine initiatus, ejusdem anni die 18. Aprilis primum Deo ſacrificium in anniverſario Dedicationis Eccleſiæ *SS. Udalrici & Afræ* obtulit. Adhuc autem Subdiaconus exiſtens, vel tum variis cænobii ſui muneribus præfici coepit; etenim & *Chori Cantorem*, & *Rectorem Muſices*, & *Magiſtrum Scholæ Fratrum*, idque plurium annorum ſpatio egit; in quo poſtremo officio conſtitutus varia Fratribus, pro captu cujusque, prælegit, duosque integros Tractatus, unum *de Miſſæ ſacrificio*, alterum *de Peccatis variorum Statuum* dictavit. Intra illud tempus nonnullas ėtiam Comoedias publice exhibuit, quarum uni ipſe Sereniſſimus Princeps *Maximilianus Erneſtus* Archidux *Auſtriæ* intereſſe dignatus eſt. Præterea *Novitiorum curam* bina adeo vice geſſit, uti & *Subprioris* munus: quod anno 1615. die 10. Aprilis ſuſcepit, itemque poſtea *Prioris*, uti docet *Epiſtola* MSSta. *Marci* HENNINGI anno 1621.

ad *Nostrum* data (*). Tandem anno 1622. mense Novembri ex Decreto RRmi. Præsulis *D. Henrici* Episcopi *Augustani*, post maturam consultationem cum Visitatoribus habitam, *Oeconomus* monasterii promulgatus est. Quod munus etsi maxime fastidierit, utpote qui fere triginta jam annis non nisi spiritualia tractasset, seseque rerum temporalium administrationi nunquam ingessisset, videns insuper, occasionem studiis æque ac pietati vacandi succisam, otiumque libris scribendis necessarium ereptum; tamen Deo vocanti, Superiorumque nutibus obtemperandum sibi duxit.

At major *Nostrum* manebat dignitas, quam laborum ac meritorum præmium dixeris; si modo eadem tranquille frui STENGELIO per divinæ consilia providentiæ licuisset. Fuit in ducatu *Wirtenbergico* inter alia monasterium Ordinis *S. Benedicti Anhusæ* ad flumen *Brentium* situm: hujus in Abbatem *Noster* datis die 17. Augusti, anni 1629. litteris, rursusque mense Junio anni 1630. a RRmo. D. *Henrico* Episcopo *Augustano* postulatus, eodemque anno, restitutis in eodem ducatu Religioni catholicæ monasteriis, locum cedente *Joachimo a* GRA-

(*) Placet initium hujus Epistolæ adsuere, tum quod singularia quædam contineat, tum quod *Nostrum* abs HENNINGO docto itidem *Augustano* plurimi æstimatum esse doceat: *Præfatus, ut debeo, veniam, non prorsus, ut spero, ignotus Ræ. Pti. Væ. quam dum adhuc præceptoris officio in schola hic Annæa fungerer, nosse cæpi eo fere tempore, quo insigniter ille de Catholica Ecclesia meritus D. Caspar* SCIOPPIUS *in venerabili monasterio SS. Udalrici & Afræ divertebat. Interim ea litterarum monumenta a Ra. Pte. Va. edita vidi, quæ vel litteris tinctum, ut Ram. Ptem. Vam. magni faceret, allicere poterant. Taceo auctam dignitatem titulo & munere, quod R. P. D. Gregorius* GASTELIUS *p. m. gesserat, Prioris &c.*

GRAVENEGG Benedictino, postea S. R. I. Principe & Abbate *Fuldensi*, qui cænobio *Anhusano* per trimestre *Administratoris & Sequestri cæsarei* nomine magna cum laude præfuerat, mense Decembri præfectus est; quo in negotio memoratus Episcopus, quantum STENGELIO faveret, palam ostendit, dum ei in *Dillingano Societatis Jesu* templo *Consecrationem* ipse contulit, assistentibus *D. Philippo* RESCHIO Suffraganeo *Eichstettensi*, & D. SILVANO Abbate *Fultenbacensi*. Verum (quod ante monui) brevis admodum hic *Nostro* honor fuit. Etenim vix dum bene monasterii habenas susceperat, cum, Marte *Suecico* universæ propemodum Germaniæ exitiali magis magisque ingravescente, anno 1632. die 26. Februarii & postea sæpius in exilium ire coactus est. Per ea tempora *Tyrolin*, ditionem *Salisburgensem*, *Austriam*, eamque bina vice peregrinando lustravit; ubi, cum omnibus exutus facultatibus esset, præcipue PARIDIS Archiepiscopi *Salisburgensis* (*i*) : URBANI *Admontensis* (*k*) : *Antonii* Scotorum *Viennæ* (*l*) : ALBERTI *S. Petri Salisburgi* (*m*) : PLACIDI *Cremifanensis*: PLACIDI *Lambacensis*: ROMANI *Garstensis* : MAURI *Lunælacensis* : GABRIELIS *Seittenstettensis* : AUGUSTINI *Glunicensis* Abbatum (*n*) eorumque Antecessorum, nominatim ANTONII *Cremifanensis* Abbatis, postea Episcopi *Viennensis* (*o*) gra-

(*i*) Vide Dedicationem præfixam *Thesauro Biblico, P. I.*

(*k*) Vide Opus. Nostri : *Hierologia, in quo Loca sacra &c.*

(*l*) Consule Dedicationem Libelli : *De Statu Animarum post mortem.*

(*m*) Vide nuncupatoriam Operis : *Laudes S. P. Benedicti.*

(*n*) Consule *Thaumasiam Benedictinam* a *Nostro* editam.

(*o*) Vide Dedicationem ad Opus : *Brevis Index Sanctorum, qui sub Regula S. Benedicti &c.*

gratia, generositate, munificentiaque fotus est ac sustentatus Exul noster, plane indignus, qui exularet. His fautoribus adde Virum bellicis laudibus clarissimum *Wernerum* THSERCLAES Comitem *de Tilly*, cujus erga se per exilii sui tempora liberalitatem, Libello studiose in gratiarum actionem de acceptis beneficiis eidem illustrissimo Bellatori dicato, publice prædicare non omisit (*p*).

Sic noster per tres & dimidium annos fato profugus hinc inde erravit, donec tandem in melius conversa belli fortuna eidem anno 1635. die 14. Augusti pristinos lares revisere permisit. At heu! quam turpiter devastatum, perforatum, confractum, omni orbatum suppellectili, omni immunditia fœdatum invenit Abbas optimus monasterium suum? Quare ad illud mundandum, reparandum, instaurandum aggressus, dum huic negotio sedulo invigilat, rursus anno 1638. die 14. Maji migrare compellitur, &, ne dolori quidquam abesset, a 24. militibus in via spoliatur, biennio exul futurus usque in annum 1640. diemque 1. Augusti. Hinc nil miror, quod tot attritus malis, tantaque fortunæ inconstantia vexatus in justas hasce querelas eruperit, dum *Placido*, Abbati *Cremifanensi*, *brevem Indicem Sanctorum*, *qui sub Regula S. Benedicti vixerunt & claruerunt*, nuncupavit: „ Parum mihi „ temporis erat, licet non parum animi; parvo „ tempore non conficitur magnus liber; sed etsi vo- „ lumen grande potuisset expediri, tamen sum- „ ptus & res angusta domi obstitisset. Præcipui „ redditus nondum mihi sunt restituti: ea portio, „ quæ data est, data est, qualis hoc tempore da- „ ri

(*p*) Est Libellus iste: *Artes feliciter & innocenter bellandi.*

„ ri poteſt, acciſa, attrita, decies vaſtata. Qua de „ cauſſa res mihi fere ad triarios rediit, ſtatque in „ paucis Religioſis totus Conventus, quem utique „ longe decuiſſet eſſe numeroſiorem. Sic immi- „ nuto numero . . . tres facere coguntur ea, quæ „ triginta occupaviſſent; ut merito judicium Dei „ exſpectare debeant, qui teculas noſtras diripe- „ re toties aggreſſi ſunt. " Hæc STENGELIUS.

Sed neque vel tunc certa ſede confidere *Noſtro* datum; namque anno 1641. die 27. Februarii denuo e cænobio ſuo expulſus, jam *Auguſtæ*, jam *Heidenhemii*, jam *alibi* hoſpitatus, jam *Anhuſium* ſuum poſtliminio reviſens, profugam vitam duxit; donec tandem, fortunæ pertinaciæ cedendum ratus in Profeſſionis ſuæ monaſterio, ſcilicet *San - Udalricano*, *Auguſtæ* anno 1647. die 20. Februarii. reſedit (*q*). *Ibi traductis inter continua pietatis & litterarum exercitia ſexdecim annis, ad cœleſtem patriam animum intendens, divino Viatico piisque deſideriis inſtructus, & ſacro oleo inunctus viam univerſæ carnis ingreſſus eſt* Profeſſione & Sacerdotio Jubilæus, *Abbas litteratiſſimus*, *tot duratura ſui nominis monumenta relinquens*, *quot libri ab ipſo conſcripti manibus teruntur*, *& pluteos ſtipant.*

Funus in ambitu ad *D. Udalricum* locum ſepulturæ accepit adjecto ſequenti Epitaphio, quod marmori inciſum, adhucdum cernitur, parieti infixum:

D. O. M.
Dies mei, ſicut umbra
declinaverunt:
& ego

CARO-

(*q*) V. KHAMMII *Hierarchiam Auguſtanam, P. II. Colleg.* p. 325. 326. ex qua etiam nonnulla in narrationis contextu mutuatus ſum.

CAROLVS STENGELIVS
Abbas Anhusanus
Sicut foenum arui
Die XXVII. Mensis Januarii
A. C. MDCLXIII.
Aetatis LXXXII.
Religionis LXVII.
Abbatial. Dignit. XXXIII.
Vixi & quem dederas cursum, Deus alme! peregi.

Epitaphio subjicere convenit encomium *Nostro* sub labentis sæculi initia a *P. Corbiniano* KHAMMIO (*r*) domestico Auctore scriptum : „ Capacissimum „ ingenium variis doctrinis & artibus excoluit qua „ sollertissimus *Musarum* & *Musices Præfectus*. Sep„ tem Comoedias proprio Marte elucubratas in sce„ nam produxit præclarus *Comicus*. Disciplinam „ monasticam verbo & exemplo egregie fovit & „ promovit religiosissimus *Subprior*. Manibus inno„ xiis picea tractare negotia bene doctus rem do„ mesticam gnaviter administravit sedulus *Oecono*„ *mus*. Illustrium Virorum gesta, Sanctorum elo„ gia, Monasteriorum, Urbium & Provinciarum „ monumenta, longa sæculorum caligine sepulta, „ in lucem revocavit indefessus *Chronographus*. Mi„ ram in adversis constantiam, durantibus exiliis „ & injuriis militaribus, luculenter probavit *Ab*„ *bas patientissimus*. "

Dum de patientia *Nostri*, in difficili asperaque fortuna, sermo ingestus est, haberem profecto, unde tum hanc ipsam, tum alias præclaras virtutes, quæ in STENGELIO resederunt, plurimas meritis laudibus commendarem. Effulsit certe in eo mira in Deum Religio: gloriæ divinæ, qua factis qua scri-

ptis

(*r*) In *Hierarch. August. l. c. p.* 324.

ptis amplificandæ, ſtudium ardens : ſingularis in Cælites, præcipue Virginem Deiparam, pietas: vitæ ſemel initæ officia exacte implendi religioſiſſimus fervor : & quæcunque ſunt alia, quæ vel Monacho, vel Presbytero, vel Abbati conveniunt, virtutum ornamenta : de quibus multa in medium afferre mihi liceret, niſi inſtituti Operis ratio aliud ſuaderet. Placeat itaque pio, & religioſorum, qui præteritis vixere temporibus, Virorum clariſſimis exemplis ſeſe ad virtutis cultum excitare cogitanti Lectori, adire mox citati a me *P. Corb.* KHAMMII *Hierarchiam Auguſtanam, P. II. Colleg. p.* 324. 325. aut, qui hanc exſcripſerunt, ZIEGELBAUERI & LEGIPONTII *Hiſtoriam litterar. Ord. S. Benedicti*, *Tom. III. p.* 386. *ſeqq.* ubi plurima in hanc rem ſibi inveniet.

Itaque miſſa faciens, quæ ad virtutis in *Noſtro* commendationem ſpectant, probe ſentio, eo me obſtringi maxime, ut de doctrina ejusdem, quam fieri poterit, fuſiſſime agam : qua in re mihi magnopere gaudeo, tantam eſſe dicendorum copiam, ut ferme ipſa eorum multitudine laborem. Fuit in *Noſtro* eruditio eximia, multiplex, varia, diligentia quadam indefeſſa & infatigabili ſtipata, quæ fecit, ut otium ignaviamque averſatus ſit maxime, & deſidiam in viris religioſis ſummopere ſit deteſtatus ; adeo ut in Dedicatione ad *Sigismundum* Abbatem *Seonenſem*, præfixa Operi : SEON, *inferioris Bavariæ Monaſterium &c.* in memoranda hæc verba eruperit : *Quid religioſum hominem, quid monachum decet magis, quam inconnivens, quam aſſiduum, quam indefeſſum ſtudium, & ſacræ lectionis irrequieta meditatio : contra quid inſulſius, quid inſuavius, & ad quodvis negotium ineptius homine illiterato, eoque monacho & cœnobita ?* Neque verbis

ſolum,

ſolum, ſed re quoque & exemplo oſtendit, quanto inertiam odio haberet; cum *perdius*, *& pernox vel lectione vel ſcriptione fuerit occupatus*. Luculentiſſime, quæ dico, & Librorum a *Noſtro* vulgatorum multitudine & materiarum in illis pertractatarum diverſitate commonſtrantur. Edidit namque (ut primum de multitudine dicam) centum & ultra Libros (*s*), quos vel ſuopte ingenio latine germaniceque conſcripſit, vel exteris linguis ſcriptos ab aliis, a ſe autem in teutonicam converſos, germanicæ conſuetudini dedit. De diverſitate autem materiarum, quas illuſtravit, illud dixiſſe ſufficiat: eum præter *Aſcetica*, quæ pro vitæ ab ineunte adoleſcentia ſuſceptæ ratione minime ſibi negligenda cenſuit, & *theologica*, & *philologica*, & *hiſtoriam*, tum ſacram tum profanam, & *antiquitatem* (*) & *biblica* (**) apte concinneque tractaviſſe;

(*s*) *Corb.* KHAMMIUS una cum *Hiſt. litterar. Ord. S. Bened.* Scriptoribus (*T. IV. p.* 685.) *Noſtro* Libros ſolum *undecentum* falſo tribuit, ſequens STENGELIUM, qui, in *Catalogo Operum ſuorum* a ſemet confecto, & *Mantiſſæ ad Commentarium* ſuum *Auguſtanar. Rerum* adjecto, non niſi totidem ſibi tribuit; ſed poſtea idem multos alios inſuper edidit, quos, utpote nondum editos, tum commemorare haud potuit.

(*) Quam *Antiquitatis* ſtudioſus fuerit, ipſe in *Dedicatione* ad *Vitas Wilhelmi Hirſaug. &c.* his verbis aperte docet: *Quæ omnia, dum ſtudioſius mecum perpendo, non injuria ſæpe animo commoveri ſoleo; tam multa nimirum & præclara Majorum noſtrorum monumenta non ſolum negligi & blattis atque tineis pabulum relinqui, ſed aliquando etiam crudeli imperitorum, & impiorum manu lacerata vel igni abſumi, vel, ſi mitius agatur, cucullum piperi facere.*

(**) Poſtremis vitæ annis *Noſter* ad *Biblicum* ſtudium animum adjecit. Hinc in Dedicatione *Theſauri Biblici* a ſe collecti, *P. I.* ad *Paridem* Archiepiſcopum *Salisburgenſem* inquit:

viſſe ; id quod ſequentem Operum *Noſtri* elenchum inſpecturis ad oculum patebit.

Nil miror poſthac , *Noſtrum* publicatis a ſe Libris ita inclaruiſſe, ut meritorum & doctrinæ fama per *Germaniam* , *Italiam* , *Belgium* , longe lateque diffuſa , Patronos ampliſſimi ordinis & Amicos ſibi plurimos nactus ſit. Patronorum nonnullos ſuperius nomine me vocaſſe memini ; impræſentiarum autem addendum plane eſt , eorum in numero multos quoque Principes , ac purpuratos Patres, nominatim Cardinales *Scipionem* BURGHESIUM (*t*) & *Flavium* CHISIUM (*u*) , quin etiam ſummos Eccleſiæ Præſules *Paulum V.* atque *Alexandrum VII.* pontificem doctrina inſignem (*x*) fuiſſe ; quorum priori *Noſter Commentarium Rerum geſtarum S. Petri Apoſtolorum Principis* anno 1620. conſecravit : poſterior autem inter publicos orbis applauſus,quod in cathedram *Petri* ipſe maxime elevatus eſſet , *veram Effigiem D. N. Jeſu Chriſti* .. *delineatam* , *depictam* , *deſcriptam* anno 1656. ſibi dedicatam a *Noſtro*

inquit : *Mihi ergo ſat erit* , *non ignobilem contigiſſe materiam* (biblicam puta) *in qua elaboranda otium meum honeſte & cum voluptate traducerem* , *neque vitam pecudum more tranſigerem* , *& quoniam me ad id ætatis natura perduxit* , *talis materia deligenda fuit* , *in qua ſenectutem oblectarem meam*. . .

(*t*) *Scipio*, CAFFARELLUS primum dictus, *Romanus*, poſtea *Scipio* Cardinalis BURGHESIUS vulgo nominatus , *Pauli V.* Papæ ex ſorore nepos fuit ; de quo videri poterit *Alphonſ.* CIACONIUS in *Vitis Pontif. Tom. IV. p.* 399.

(*u*) Huic ſuum *Hodoeporicon Mariano - Benedictinum* conſecravit *Noſter.*

(*x*) Hunc , etiamnum *Cardinalem* , nomine gentilitio *Fabium* CHISIUM vocatum , *Theſauri* ſui *biblici Parte II.* eidem anno 1652. nuncupata veneratus eſt *Carolus* noſter.

Nostro obtinuit, atque ita serena fronte illam excepit, ut datis etiam litteris STENGELIUM ad plures ejus generis labores animare dignatus sit. Juvat in dictorum confirmationem subjicere non nullas horum *Epistolas* anecdotas, a Cænobitis *San - Udalricanis* mihi humanissime communicatas. *Scipio* BURGHESIUS de *Commentario Rerum gestarum S.Petri*, *Paulo V.* avunculo suo a *Nostro* oblato, at *Romam* primum post, quam ille pontifex fatis decessisset, perlato grates humanissimas sequentibus litteris benevolentiæ plenis egit:

Admodum Reverende Pater!

Pater Constantinus CAJETANUS, *qui mihi vestræ Paternitatis reddidit litteras, humanitatis & observantiæ refertas, obtulit una mihi & libellum Paulo Vto. foel. rec. Avunculo meo nuncupatum: opus sane, ut existimo, tua professione, ac omnium acclamatione dignum. Quoniam autem Avunculus ille meus, cui opusculum dicatum est, viam universæ carnis ingressus est, scias ipse velim, me pro illo non modo tibi gratias agere plurimas, verum etiam eumdem ipsum animi affectum, quem ille, si viveret, præsetulisset, Paternitati vestræ semper præ me laturum, habiturumque studium hoc tuum, erga illum, & me præstitum, non obscurum signum benevolentiæ in utrumque tuæ, & pietatis in Principem Apostolorum, cujus res gestas tam docto volumine comprehendisti. Cæterum me tibi commendo, detque tibi Deus divinæ suæ gratiæ incrementum, ex animo precor* (y).

Romæ, Idibus Augusti, 1621.

Studiosus

S. Cardin. BURGHESIUS.

Flavii

(y) Observes velim, Lector! in Bibliotheca *San - Udalricana*, *Augustæ*, servari etiamnum *tria Volumina* sat. grandia

Flavii deinde CHISII hæc ad *Noſtrum* repperitur Epiſtola:

Admodum Reverende Pater!

Et litteras tuas humanitatis plenas & eruditum Libellum accipiens, viſus mihi ſum, Purpuræ gradum ſuaviorem fieri. Ideo geminato tuo beneficio provocatus animi parem addico gratitudinem; qua etiam animos addo, ut parata Opera ingenii tui ſuo, hoc eſt publico, in lumine collocare feſtines: atque una felicitatem precor. Romæ. 30. *Martii*, 1652.

Adm. Revæ. Paternitis. veſtræ, quæ redigat in memoriam, oro, P. Abbati S. Udalrici promiſſam propenſionem erga P. Dionyſii RADERI (z) *ſtudia & commoda.*

Amantiſſimus
Fl. Card. CHISIUS.

ALEXANDER *VII.* autem trina adeo vice *Noſtrum* litteris ſalutare non eſt dedignatus. Sunt illæ:

I. *Grata acciderunt So. Do. No. religioſiſſima officia veſtrarum* (*) *litterarum, gratiora futura; ſi a*

 bono-

grandia *Epiſtolarum* autographarum a variis Eruditis ad *Carolum* STENGELIUM ſcriptarum: cujus Collectionis ante me paucis meminerunt *P. Bernardus* PEZIUS, *Tom. I. Anecdotor. noviſſ.* in *Differt. iſagog. p. XXXIII.* & Scriptores *Hiſtoriæ litterariæ Ordinis S. Benedicti*, *Tom. IV. p.* 680. in eo tamen hallucinati, quod in illa Collectione etiam STENGELII noſtri ad varios *Epiſtolas* contineri ſcripſerint; quod a vero alieniſſimum eſt. Ex hac igitur *Collectione* deſumpſi *Epiſtolam* ſuperius verbatim expreſſam.

(z) *Dionyſius* RADERUS Auguſtanus, Monachus *San-Udalricanus*, poſtea Abbas *Thierhauptanus* factus eſt, cujus vitæ brevem epitomen exhibet *Corb.* KHAMM in *Hierarch. Auguſt. P. II. p.* 350.

(*) Intellige *Bernardi* HERTFELDER & *Caroli* noſtri, qui *Alexandro VII.* ſuſceptam pontificiam dignitatem gratulati fuerant.

bonorum omnium largitore Deo enixis precibus flagitaveritis, ut quæ Germaniæ vestræ a pontificia in eam propensione auguramini, recte quam primum feliciterque succedant. Nam quod pertinet ad res vestras totiusque Ordinis Benedictini, paratam semper invenietis illius paternam benignitatem, quæ de supremæ suæ potestatis thesauris depromit apostolicam benedictionem, me interprete vobis impertitam. Romæ 5. *Junii*, 1655.

Studiosissimus
Natalis Rondininus.

II. *Pergrata fuit* So. Do. No. *significatio tuarum summo obsequio gratulantium litterarum; gaudet enim per eos maxime, quorum pietatem observantiamque perspexit, identidem excitari erga Germaniam suam non solum charitatis paternæ flammas, quas omnibus debet, sed & singularem illum amoris sensum, cujus solet esse conciliatrix diuturna consuetudo, & quo authore pacis largitorem id unum præ ceteris enixe precatur, ut miseram istam afflictamque provinciam ac jam pene cladibus suis, quam rerum gestarum gloria, clariorem quietem recuperare pristinam velit, ac opima pace florere. Quod si pontificiis precibus suis tuas adjunxeris, maximum istæ pondus accipient ab apostolica benedictione, quam tibi me interprete elargitur. Romæ.* 26. *Junii*, 1655.

Studiosissimus
Natalis Rondininus.

III. *Mirifice gaudet* Sus. Dus. Ner. *te in tuo erga Sanctitatem suam obsequio constanter permanere, ut clare intellexit ex tuis litteris & ex* Libello (*), *quem ad ipsam misisti, injunxitque mihi, ut ingenium eruditionemque tuam in religiosis laboribus feliciter consenescentem suis verbis collaudarem, tibique pollicerer, Sancti-*

(*) Cui titulus: *Vera Effigies D. N. Jesu Christi, &c.*

Sanctitatis suæ præsidium, si qua se occasio obtulerit, non absuturum a benevolentia, qua te paterne complectitur, impertitque apostolica benedictione. Romæ. 27. Maji, 1656.

Studiosissimus
Natalis Rondininus.

Hæc de aliquibus summis Patronis *Nostri* sufficiant. Ceterum non est, cur hoc loco in recensendis reliquis longius immorer; quandoquidem illi inferius in *Catalogo Operum Nostri*, quem texam, suo quivis loco multo commodius, quasi in transitu, nominabuntur.

Quid autem de Amicis *Nostri*, scilicet Viris doctis illorum temporum dicam, qui uno omnes ore STENGELIUM commendarunt, amplissimasque ei laudes tribuere minime omiserunt? Licet mihi hoc loco inter alios complures *Petrum* STEVARTIUM *Leodiensem*, SS. Theologiæ Doctorem ac ejusdem per multos annos in Academia Ingolstadiensi Professorem (*a*): *Antonium* SUCQUETUM *Mechliniensem* (*b*): *Constantinum* CAJETANUM *Syracusanum*, Abbatem *S. Barontis*: *Jacobum* GRETSERUM: *Matthæum* RADERUM: *Georgium* STENGELIUM (*c*), Viros in Republica litteraria & christiana eruditionis laude clarissimos; *Joannem Henricum a* PFLAUMERN (*d*): *Abrahamum* BZOVIUM *Ord. Prædicat.* SS.

(*a*) De hoc videri poterunt ANTONII *Biblioth. Belgica* & SWERTII *Athenæ Belgicæ.* Plura quoque de illo habent *Annales Academ. Ingolstadiens. Tom. II.*

(*b*) De SUCQUETO consule *Ph.* ALLEGAMBE *Biblioth. Script. Soc. Jesu*, & ANTONII *Biblioth. Belg.*

(*c*) De *Georg.* STENGELIO, post *Carolum*, mox peculiariter fusius agam.

(*d*) Est is Auctor *Mercurii italici*: quem vulgare cogitans per litteras *Nostrum* adiit rogans, ut sibi de calchographo,

SS. Theologiæ Magiſtrum, Scriptoremque *Annalium Eccleſiaſticorum* : *Adamum* TANNERUM : *Hieremiam* DREXELIUM (*e*): *Romanum* HAY citare, quorum manu propria ſcriptæ ad *Noſtrum Epiſtolæ* (quod mox in *Notis* monui) adhuc in Bibliotheca *San - Udalricana* exiſtunt amicitiæ teſtificationibus plenæ,

grapho, *Tabulam Italiæ* & *Imagines urbium*, quas addere Operi decreverat, in æs inſculpturo proſpiceret. Initium Epiſtolæ hoc eſt: *Facit dudum inter nos contracta familiaritas, ut audeam Paternitatem veſtram de ea, quæ ſequitur, re fidentius compellare. Adoleſcens, cum Italiam perluſtrarem, rariora pulchrioraque obſervavi & deſcripſi. Contuli poſtea obſervationes meas cum melioribus Auctoribus, priſcis ac novis, easque libro integro compreheuſas, cum in Germaniam rediiſſem, P. Matthæo* RADERO *præceptori meo in Rhetorica, ut videret profectum abſentiæ meæ, legendas dedi; qui porro, me quidem plane tum neſcio, easdem V. A. Marco* VELSERO *p. m. legendas cenſendasque exhibuit. Neſcio, quomodo iſti in re litteraria Principes juvenilibus meis affecti ſint; certe hortati me ſunt ambo, uti librum typis vulgarem. Sed quia partus rudis atque informis nimium mihi videbatur, diſtuli editionem, & hiſce annis, quantum per ſeveriora ſtudia licuit, ita expolivi hoc Opus, ut, quibus id videndum dedi, flagitent a me ſummopere, uti nunc temporis inſtante Jubilæo in Romipetarum uſum gratiamque in lucem edam; nam & de Italia univerſa, & maxime de urbe Roma ſunt in eo plurima, in aliis Italiæ deſcriptionibus, quas quidem ego legerim, non memorata. Addent etiam Operi lucem & venuſtatem Imagines urbium nobiliorum, tum & Tabula Italiæ totius (cum nonnnibus priſci noſtrique ævi) ad hiſtoriarum intellectum, niſi ipſe mihi blandior, haud parum collatura; quæ (ut & illæ imagines) æris cælatura exprimenda &c. &c.* Inſerviit autem STENGELIUS noſter amico ſuo quam amiciſſime. De reliquo honorificum Operi *Pflaumeriano* præjudicium facere mihi videtur approbatio RADERI, præcipue vero *Marci* VELSERI, ætatis ſuæ doctrina principis, cujus *vitam* in *Bibliotheca* mea *Auguſtana*, *Alphabeto II.* prolixe ſcripſi.

(*e*) DREXELII vitam in *Bibliothecæ* meæ *Auguſtanæ Alphab. II.* fuſe deſcripſi.

plenæ, refertæ encomiis *Nostri*, & Librorum a *Nostro* editorum. Non abs re erit, puto, nonnullorum ex his verba attexere. *Petrus* STEVARTIUS, accepta *Vita S. Wilhelmi Hirsaugiensis & Wilhelmi Gellonensis*, hæc *Nostro* rescripsit: *Vidi tuos* Wilhelmos, *ut Ordinis professione sic & sanctitatis laude gemellos. Bene facis, quod hæc melioris ævi testimonia & monumenta in lucem extrahis, & extracta Notarum tuarum luce illustras. Antea tibi debebat* Wicterpus *Augustanorum episcopus tuo studio quasi renatus, & a tenebris vindicatus: nunc simili opera debitores tibi fecisti duos* Wilhelmos... *Pergas, quo pede cœpisti.* Idem rursus, visa *Historia Pestis*, sic *Nostrum* allocutus est: *Arborum ingenia & hominum similia sunt; nam utrorumque indolem fructus ostendit. Certe, mi Carole! si te non nossem a moribus, noscere didicissem a laboribus; quibus efficis, ut velut generosæ arboris fructu animum nostrum non solum delectemus, sed etiam roboremus. Et sane christianum est, tam utili aliorum labore delectari, tamque erudita doctorum Virorum pietate roborari... Quamobrem bene venusteque tu facis, hos tales* Libellos *scribendo, quam pie sancteque alii legendo. Porro hoc contra Pestem tam securum tamque salutare laboris tui amuletum tempori huic inprimis accommodatum est...* *Constantinus* CAJETANUS anno 1620. sexta Junii sequentibus litteris & amicitiam erga *Nostrum*, & gratitudinem suam testari voluit: *Quod Paternitatis vestræ litteris hucusque respondere distuli, valetudinis culpa est, qua minus prospera usus sum. Eorum Voluminum, quæ mihi dicavit & misit, partem accepi: partem aliam, quia P. D. Ignatius Congregationis nostræ Thesaurarius Perusiam ad generalia Comitia profectus, prius expedire non potuit... Conveni S. D. N.* (Paulum V.) *eique*

unum ex Voluminibus istis (Monasteriologiæ scilicet) *dono dedi, significans honorem, a Paternitate vestra in me collatum, in Sanctitatem suam optime refundendum; cui ego, quidquid sum, debeam: & a quo lucem omnem, si quam habeo, nominis hauserim ac dignitatis. Sanctitas sua benigno serenoque vultu accepit, & humanissimis verbis, gratum sibi munus esse, significavit, Paternitatemque vestram fama sibi cognitam, ac pietate & doctrina præstantem: interrogavitque, finemne hic haberet, an ulterius progrederetur. Respondi, hanc primam esse partem. Mox unum donavi Illmo. Card.* Burghesio *S. D. N. Nepoti: item unum Card.* Montalto *nostri Ordinis Protectori: unum* Mellino *S. D. N. Vicario: unum Card.* Barberino: *unum Cardinali S. Susannæ, qui omnes valde approbarunt, magnique fecerunt Opus Paternitatis vestræ... Itaque Paternitas vestra alacriter magnoque animo prosequatur: Equidem, sicuti debeo, Paternitati vestræ, quantum vires meæ patientur, opem ferre non desinam... Ego in amanda colendaque Paternitate vestra nemini cedo...* Similia affert *Jacob.* GRETSERUS in Epistolis 1607. in festo *S. Mauritii,* & 10. Novembr. ad *Nostrum* datis: *Accepi nuper humanissimas Reverentiæ vestræ litteras cum gratissimo munere Libri transmissi. Nolui quamprimum respondere, ne inanes duntaxat mitterem. Paulisper præstolatus sum, dum* Prædicans vapulans *a prælo prodiret. Eum nunc Reverentiæ vestræ muneris loco mitto. Valde probe Reverentiæ vestræ studium in libris reconditis eruendis & transferendis. Pergat igitur felici conatu & opera, rem litterariam, ad Dei gloriam & plurium bonum, illustrare & locupletare...* In posteriori autem Epistola ait: *Accepi Reverentiæ vestræ litteras cum gratissimo munere* de Sindone Christi. *Omnia pietate & elegantia simul culta.*

ta. Proinde singulares pro singulari hoc cono gratias ago. . . Reverentia vestra, quam instituit, viam pergat, & ad catholicæ Ecclesiæ utilitaten pii semper aliquid & novi proferat. Matthæus dein RADERUS *Vitam S. Symperti* a *Nostro* lono sibi missam his collaudat: *Magnas habeo gra'as pro S. Symperto. Nihil est neglectum: extabit si vixerimus, in secundo Volumine Bavariæ sanctæ Obnixe rogo, si qui alii occurrerint memoriæ, uti mihi suggerantur. . .* Denique ut & a fratre *Nostri*, *Corgio* STENGELIO, aliqua afferam, is in Epistola 141. pridie *S. Nicolai* scripta sic se exprimit: *Gauro mihi tandem aliquid munusculi a fortuna obtigiss, quo te pro tot muneribus, quæ tu scilicet ad me oties liberali manu misisti, remunerari queam. Coposui aliquot Versiculos ad RRmum. Bambergensa. . . . Pro iis ergo Versiculis libros mihi P. Gretseus reddidit, quos cui donabo justius, quam tibi, cuomnia debeo? . . .*

Speciminis loco pauca hæ adduxi, Lector benevole! nam si quis *Epistola* illas omnes vel excerptim dare vellet, næ is ngnum Volumen impleturus esset. Nescio, utru istis subdere debeam Versus, quibus *Nostrum* :neratus est *Elias* EHINGERUS:

Gratatur semper, ceu moris amicus amico,
Cum natalis adest, tempoilæta venit.
Sardonychas, Smaragdos, Adamantas, Jaspidas, auri
Lamnas non habeo, nec dlomonis opes.
Sardonychas, Smaragdos, Adamantas, Jaspidas, aurum
Est donare potis Cræsi openta manus.
Si pro more tamen poscis muscla recepto,
Pectore devoto do mea v: tibi.

ἐυφημίας ἕνεκα
scrit

K *Elias*

Elias EHINGER
die D. Carolo ſacra,
MDCXXVI.

Reſtat unum, quod quo minus addam, impetrare a me nullo modo poſſum, quodque minime vana aut temeraria conjectura aſſequutum me arbitror: ſcilicet *Noſtrum* ab *Marco* VELSERO omnia eruditiſſimo & in amicitiam receptum, & labores *Noſtri* Viri hujus, in jucundis Scriptis acutiſſimo, maximeque ſubtili ac elicato ingenio præditi, calculis probatos fuiſſe. Rei hujus argumento haud levi eſſe mihi perſuadeo quod non paucæ *Noſtri* Lucubrationes ex Typographia *ad Inſigne Pinus*, VELSERO tum adhuc vivente, tum fatis functo, exiverunt; prout ſequens CATALOGUS, *inter latina* no. 3. 5. 8. 12. *inter germanice converſa* vero no. 1. docebit: anteque n ex parte monuit *G. G.* ZAPF in *Annal. Typographiæ Auguſtan. p.* 111. 113. 114.

Jam ad Viros eruditos ſubſequentium temporum convertor, horum quoque de *Noſtro* judicia & teſtimonia ſcrutaturus. Præcedat agmen Vir ſummi in Republica litterarii nominis, & Galliæ eruditæ præclarum ſydus, *Joannes* MABILLONIUS Ord. *S. Benedicti*, qui eam habuit *Caroli* STENGELII doctrinæ reverentiam, ut non ſolum *Vitas SS. Wilhelmi Hirſaugienſis & Wilhelmi Gellonenſis* a *Noſtro* e manuſcriptis Codicibus erutas, ſed etiam *Commentarium* eisdem a *Noſtro* adjectum, ſaltem ex parte, adoptare, ſuisque *Actis Sanctorum Ord. S. Benedicti, Tom. IX. p.* 716. inſerere minime dubitavit. Idem, quod MABILLONIUS fecit, etiam Patres *Bollandiſtæ* (quos vocant) faciendum ſibi cenſuerunt, easdem *Vitas* in ſua *Acta Sanctorum Antverpienſia*, *Tom. II. Julii* transferentes. *Ingolſtadienſis* autem

Aca-

Academiæ, in qua *Noster* aliquamdiu studiis operam navavit, *Annales Tom. II. p.* 142. sequens ei encomium ad annum 1596. scribunt: *E pluribus variorum Ordinum Religiosis, qui partim ad Gymnasium nostrum, partim ad Academiam accessere, duo præcipue occurrunt hoc anno, quorum nomina merito in his Annalibus celebramus.* *Hieronymus* scilicet FEURI.... *& Carolus* STENGELIUS *Augustanus, ad S. Udalricum ibidem Professus, Abbas postea Anhusanus, ob plurima atque eruditissima, quæ edidit, opera immortali apud posteros memoria dignissimus.* Porro *Nostrum* promeritis laudibus celebrare nequaquam intermisit scriptor domesticus *Corbin.* KHAMMIUS, in *Hierarch. Augustan. l. c.* e quo nonnulla superius narrationi meæ inserui, selectiora illa, & ad præsens institutum magis facientia. Hoc autem loco id plane addendum est: *Corbinianum* KHAMMIUM, cum a Superioribus suis mandatum accepisset, unum alterumve Opus a STENGELIO pro Dioecesis *Augustanæ* notitia compilatum prosequendi, maxime ejusdem *Commentarium Rerum Augustanarum, ex industria & labore*, ut ait, *itemque ex raritate exemplarium multum commendabilem*, plurimum suadentibus, imo urgentibus RRmis. Cathedralium & Collegiatarum Ecclesiarum Canonicis, eorumque Consanguineis & Propinquis resuscitasse, illustrasse, continuasse. Tanti scilicet pretii Viris istis optimatibus visus iste STENGELII labor. Simili, quo hactenus citati Eruditi, studio etiam Scriptores *Historiæ litterariæ Ordinis S. Benedicti*, *Magnoaldus* ZIEGELBAUER & *Oliverius* LEGIPONTIUS, merita *Nostri* laboresque prædicarunt, dicentes *T. II. p.* 219. eum *miras pietatis flammas in Suevia asceticis* suis *Opusculis sparsisse*; vocantes eum *T. c. p.* 406. *virum incomparabilem & indefessæ industriæ*: item

Tom.

Tom. IV. p. 26. *Cœnobitam doctissimum.* Iidem Scriptores *T. IV. p.* 704. sequentia in laudem *Nostri* addunt : „ *Caroli* STENGELII Abbatis *Anhusani* „ præter Opera ingenti numero typis mandata, supersunt quam multa anecdota, quæ utinam prælo subjicerentur ; nam *gustus vini*, ut veteri fertur paræmia, *emptorem vocat.* Nemo doctissimi hujus præsulis Opera impressa legerit, qui non etiam, quæ in MSStis. reliquit, legendi desiderio corripiatur. " His jungendus est & doctrina & dignitate eminentissimus ævi nostri Cardinalis *Dominicus* PASSIONEUS, qui, dum *Lucernæ* Legati apostolici munere fungebatur, quam præclare de STENGELII doctrina sentiret ipse, per incensum, quo arsit, nonnullis *Nostri* Operibus potiundi desiderium aperte monstravit, eum in finem *Bernardum* PEZIUM, itidem doctissimum Virum, litteris compellans, in quibus ait : *Omnia a te habebo, si in Caroli* STENGELII Monasteriologiam, *& quæ* de rebus Augustanis, *de* Basilica S. Udalrici, *cum* Mantissa *separatim edita, conscripsit (quoties per otium licuerit) diligentiam tuam adhibueris. Nullum enim fructum ex laboribus, quos apud nonnullos bibliopolas mihi sumpsi, hucusque percepi.* Quanquam autem (uti bene observat *Historia litteraria Ord. S. Bened. T. IV. p.* 712.) erraverit purpuratus ille Ecclesiæ Princeps, quod *Basilicam S. Udalrici* adscribat *Nostro*, cum illa auctorem habeat *Bernardum* HERTFELDERUM, Abbatem doctissimum *San-Udalricanum*, tamen reliqua in maximam Nostri laudem cedere, nemo inficias iverit. Sed nec *Thomas* CRENIUS *Nostrum* illaudatum sibi dimittendum censuit, dum in *secundo Musæo philol. & histor.* ait : *Elegantes aliquot hortorum Inscriptiones invenies in Caroli* STENGELII *Abbatis Anhusani Hortensio &*

Dea

Dea Flora. T. I. &c. *Joannes* quoque VOGT in *Catal. Libror. rarior. p.*645. honorificum hoc Scriptis *Nostri* testimonium tribuit: *pleraque eorum raro obvia & multo ære redimenda esse. Nicol.* vero *Hieronym.* GUNDLINGIUS, etsi *Nostrum* inter claros Sæculi XVII. Scriptores (nescio qui factum) non locavit, tamen penitus haud omisit, ingerens ejus mentionem in *Histor. der Gelehrtheit, Tom.IV. p.* 5206. *in Notis. Christianus Gottlieb.* JOECHERUS autem pluribus *Nostri* meminisse minime erubuit, disertis verbis eum, *Philosophum*, *Historicum*, & *Poëtam bonum* vocans; etsi in eo erret, quod Abbatem *San - Udalricanum*, *Augustæ*, faciat. Similiter *Christianus* GRYPHIUS in *Scriptorib. Histor. Sæc. XVII. illustrantibus*, *p.* 86. fidenter asseruit: *Sueviam illustrasse... Carol.* STENGELIUM *in Commentario de Rebus Augustanis. Ingolstadii.* 1647. *in* 4to. *cui postea Mantissa, admodum rara, accessit.* Prætereа *Nostri* meminit *magnum Lexicon Lipsiense, T. XXXIX. p.* 1827. ubi tamen falso *Jesuitis* accensetur, & non nisi unum alterumve ejus Opus indicatur. Igitur tot tantorumque Virorum suffragiis munitus STENGELIUS non habebit posthac, cur multum vereatur, ne claritudo nominis sui Censura Perillustris *Pauli a* STETTEN *senioris* quasi præumbrata obscuretur; qui, cum STENGELIUM, agens de ejus paullo ante memorato *Commentario Rerum Augustanarum*, omnino sibi laudandum esse sentiret, ne forte toti litterato orbi occlamare videri posset, ita tamen laudavit, ut nonnulla parum honorifica immiscuerit (*f*). Similiter laudibus *Nostri*

(*f*) In *Historie der Reichsstadt Augspurg*, *T. I.* in Antecessione *de Scriptoribus Rer. Augustan. n.* 8. Incusat STENGELIUM, quod nonnunquam in BRUSCHIUM & GASSARUM

ſtri parum officiunt, quæ adverſus eum *Mart.* ZEILLERUS (*) ſcripſit.

Deſcriptis Vitæ *Noſtri* memorabilioribus circumſtantiis, expoſitaque pro viribus doctrinæ, quæ in *Noſtro* fuit, vaſtitate ejusque apud omnes exiſtimatione, conſequens eſt, ut Operum abs illo conſcriptorum elenchum texam. Difficultatem, ſi non omnem, certe maximam labori huic detraxit laudabilis *Noſtri* ſollicitudo, qua is Librorum a ſe confectorum elenchum ipſe ſcripſit, & *Mantiſſæ* ad *Commentarium Rerum Auguſtanarum* ſubnexum poſteritati reliquit. Hunc fido pede ſequi placet; ita tamen ut mutanda mutem, & quos, poſt editum elenchum hunc, ulterius *Noſter* emiſit, Libros diligenter adjiciam; qua in re id curabo, ut quæ mea ſunt, litteris *curſivis*, quas vocant, diſcriminis ergo exprimantur. Accipe itaque, Lector benevole! elenchum *Stengelianum* a me, ubi res poſtulavit, immutatum, auctum, correctum. Ejus præfamen hoc eſt:

F. Carolus STENGELIUS *Abbas Anhuſanus Lectori ſuo benevolo pacem & veritatem.*

Quoniam nonnunquam contingit, temporum lapſu, aliis aliorum lucubrationes adſcribi: ut D. Hieronymo

SARUM durius ſe exprimat; ſed quis neſcit, labilem horum quandoque auctoritatem eſſe, ut non dicam, ſubleſtam fidem. Reprehendit dein, quod ſcripſerit, Regem *Suecorum* ab acatholicis Civibus *Auguſtanis* Religionis prætextu in *Germaniam* eſſe accerſitum: Verum, cum STENGELIUS illis temporibus vixerit, plurimaque belli Suecici incommoda pati coactus ſit ipſe, quis ſibi non perſuadeat, eum Acatholicorum conatus magis compertos perſpectosque habere potuiſſe ac debuiſſe; quam Perilluſtris Auctor poſt ſæculi integri decurſum habere potuit.

(*) In opere: *Epiſtoliſche Schazkammer*, p. 623. b.

mo quædam, quæ sunt Sophronii: D. Augustino, quæ sunt Bedæ, aut alterius &c. Egoque ipse, tantulus inter Scriptores, non ita pridem injuria affectus a quodam, qui Scriptum quoddam (de quo scribendo ipse nunquam cogitaveram) mihi affingere ausus est verso per anagrammatismum meo nomine in Lacorum (g) Geneftlium; *operæ pretium magnum mihi fore visum est, si hic nomina librorum, quos jam edidit gratia Dei mecum, & quos pro meis agnosco, quosque deinceps in lucem Deo bene favente sum daturus, recenserem, &, quibus quisque locis editus est, indicarem. Sic enim & Ordinis mei honori, & rerum veritati, & justitiæ optime consuluero; faciens scilicet, ut deinceps nemo bonus in suspicionem plagii falso apud posteros veniat: neminem innocentem & doctum mearum, si quæ sunt, nugarum immerito pudeat. Mea igitur sunt, quæ sequuntur, Latina, Germanica.*

Latina.

1. *Catalogus Abbatum omnium celeberrimi monasterii SS. Udalrici & Afræ.* Sunt hæ Primitiæ eruditionis STENGELII versibus *numerum anni electionis & quædam alia eorum gesta* indicantibus scriptæ, quibus is anno 1600. adeptam abbatialem dignitatem *D. Joanni* MERCK gratulatus est. Debuit certe neo-electo Abbati hic filii sui, non nisi 19. annos nati, conatus, etsi juvenilis, multum placere, quod eodem ille satis prodidit, qualis vir temporis lapsu evasurus esset. Numquam (quod novi) prædictus *Catalogus* typis publicatus, nec a *Nostro* in Elencho Operum suorum memoratus est; sed MSStus.

(g) Quis hoc nomen sibi ementitus sit, hactenus expiscari non potui.

MSStus. extat in Bibliotheca *SS. Udalrici & Afræ*, cuidam Libro impreſſo annexus.

2. Vita S. Wicterpi Epiſcopi Auguſtani & Confeſſoris. in 8o. *Auguſtæ Vindel.* Apud Chriſtoph. *Mangum.* 1607. Lucubratio *Joanni* (Merck) Abbati *San - Udalricano* dedicata.

3. Vitæ SS. WILHELMI Abbatis *Hirſaugienſis*, & WILHELMI *Gellonenſis* nusquam adhuc editæ, ex MSStis. Codicibus erutæ, commentario & notis illuſtratæ. 4to. *Auguſtæ Vindel.* Ad inſigne *pinus*. Apud Chryſoſtomum *Dabertzhofer*. 1611. Dedicatum Opus a *Noſtro* D. *Stephano* Abbati *Schirenſis* in Bavaria monaſterii. Hanc excipit Epiſtola laudatoria *Petri* STEVARTII.

4. Vita S. Wunibaldi Abbatis & Confeſſoris. 4to. *Auguſtæ Vindel.* Typis Davidis *Franci*. 1612. Opus hoc *Noſter* primum conſcripſit hortante, imo urgente D. *Chriſtophoro* S. R. I. Dapifero hæreditario : quo, antequam Opus e prelo exiret, mortuo illud STENGELIUS D. *Georgio* Suffraganeo *Aureatenſi*, Epiſcopo Philadelphiæ dicavit. Dedicationem excipit Carmen *Gregorii* GASTELII Prioris San - Udalricani (de quo ſuperius in Notis a me eſt actum) & Epiſtolium *Petri* STEVARTII, utrumque in laudem *Noſtri* ſcriptum.

5. Sacroſancti Nominis Jeſu Cultus & Miracula. in 8vo. *Ad Inſigne Pinus. Auguſtæ Vindel.* Typis Chryſoſt. *Daberii*. 1613. Opus inſcriptum majeſtati, honori, & amori *Nominis Jeſu*. Initio occurrit *Petri* STEVARTII *&c.* Epiſtola commendatoria. In fine habetur rurſus Carmen *Gregorii* GASTELII, & Diſtichon *Raymundi* MINDERER Doctoris Medicinæ, ac Phyſici *Auguſtani*, Viri doctiſſimi, cujus in *Bibliotheca* hac *Auguſtana* ſuo tempore memoria celebrabitur.

6. Chro-

6. Chronologica & compendiofa Defcriptio celeberrimi atque antiquiffimi Monafterii SS. Udalrici & Afræ Auguftæ Vindel. Admodum Reverendo in Chrifto Patri ac Domino D. *Joanni* (Merck) ejusdem Abbati ftrenæ loco oblata. 161.. Typis Chryfoftomi *Daberii*. Impenfis *Dominici Cuftodis*. Eft una fola pagella in *folio patenti* ; at Lucubratio *præclara* judice *Hiftoria litteraria Ord. S. Benedicti*, *T. IV. p.* 540.

7. Ἀλεξητήριον, id eft: Hiftoria Peftis, in qua ejus cauffæ, diræ graffationes, ac remedia divinitus collata fufe enarrantur. *Auguftæ Vindel.* Typis Chryfoftomi *Daberii*. 1614. in 8vo. Dicatum eft Opusculum D. *Sebaftiano* Abbati *Fürftenfeldenfi*. Dedicationi fuccedit Epiftola *Petri* STEVARTII in commendationem Opusculi & Auctoris fcripta.

8. Vindiciæ S. Udalrico Auguftæ Vindelicæ Epifcopo datæ: ejus Divi ibidem defuncti facra offa nunc quoque ea in urbe affervari. in 8vo. *Auguftæ Vindel.* Apud Chriftoph. *Mangum*. 1614. *Cum Infigni Pinus*. Opus dicatum *Joanni* Abbati & toti Conventui ad SS. Udalric. & Afram, *Auguftæ*.

9. Vita S. Symperti Epifcopi Auguftani & Confefforis. in 8vo. *Auguftæ Vindel.* Apud Chriftoph. *Mangum*. 1615. Ufus hac *Noftri* Lucubratione eft *Matth.* RADERUS, in *Bavar. fanct. Tom. III.* Lectorem eo fæpius remittens.

10. Jofephus, hoc eft: SS. Educatoris Chrifti Domini Deique noftri in terris apparentis, ac æternæ Virginis Mariæ fponfi Vitæ Hiftoria, compendio, quantum potuit, adumbrata, ex fide digníoribus Auctoribus collecta. in 8vo. Raphael *Sadeler* chalcographus tabulis æreis expreffit, & venum expofuit. 1616. *Monaci*. Ex formis. Annæ *Bergiæ* vi-

duæ. in 8vo. Sacratum Opusculum *Georgio* Abbati *Weingartensi*.

11. Joachimus & Anna, id est: Mariæ Deiparæ Virginis Parentum, Jesu Christi Domini Deique nostri Avorum Vitæ Historia, ex SS. Patribus & probatissimis Scriptoribus contexta. in 8vo. *c. fig.* Apud Saram *Mangiam. Augustæ Vindel.* 1617. Opus dicatum *Joachimo* Abbati *S. Petri* Salisburgi, plena laudibus illius.

12. Parthenium Decus Maria: illustratum ejus SS. Nomen varie allegoriis, figuris, interpretationibus ac ejusmodi argumenti historiis lectioribus. in 8vo. *c. fig. Augustæ Vindel.* 1619. Operi præfigitur encomiastica Epistola Petri *Stevartii.* In fine habetur *Insigne pinus* cum solita epigraphe: subtus legitur: *Ad Insigne pinus. Augustæ Vindelicorum. Ex typographæo Andreæ Apergeri.* 1617.

13. Monasteriologia, in qua insignium aliquot Monasteriorum, familiæ S. Benedicti in Germania, origines, fundatores, clarique viri ex eis oriundi describuntur, eorundemque ideæ æri incisæ oculis subjiciuntur. in folio. c. figur. a *Matth. Khager* inventis, a *Christophoro Greutter* scalptis. 1619. Occasionem scribendi Operis his verbis ipse indicat: *Collegeram ante non paucos annos, ordine alphabetico, aliquot centena supra mille Ordinis nostri monasteria; sed dum editionem differo, eaque augere, & origines ac progressus eorundem penitius indagare laboro, ecce! prodeunt in lucem* Origines Benedictinæ *a R. D.* Auberto Miræo *editæ. Nostram igitur Collectionem supprimere... constitui. Non defuerunt tamen Viri quidam... præfulgidi, qui ut etiam foetum illum meum publici juris facerem, urgere non destiterunt. Cum ergo viderem, virum alioquin doctissimum*

Bru-

Bruschio, qui res monasticas non bona fide tractavit, nimis fideliter inhæsisse, bonis consiliis credendum, rursusque manum Operi admovendam esse sum ratus &c. &c. Confer, si lubet, *Historiam litterariam Ord. S. Bened. Tom. II. p.* 406. 407. & *Caspar.* SAGITTARII *Introd. in Hist. eccles. p.* 563. Ceterum Opus hoc, cum rarius, imo rarissimum evasisset, novis typis exscriptum orbi litterato reddidit *Michael* KUEN Can. Reg. *Wengensis* prope *Ulmam*, postea sui cænobii *Præpositus* dignissimus in *Collect. Scriptor. Rer. monast. histor. ecclesiast. Tom. I.*

14. Commentarius Rerum gestarum SS. Apostolorum Principis *Petri*, e SS. Litteris, SS. Patribus & probatissimis Scriptoribus concinnatus. Ad SS. D. N. Paulum V. *P. O. M.* in 4to. 1620. Opus hortante maxime *Constantino* Abbate CAJETANO, qui tum *Paulo V.* a sacris litterarum monimentis, *Nostri*que præcipuus amicus erat, ei Pontifici consecratum: teste *Historia litterar. Ord. S. Benedicti, T. IV. p.* 358. *sane præclarum, & dignum omnino, quod memorato Papæ dedicaretur.*

15. SEON, *inferioris Bavariæ monasterium æri incisum, una cum fundatione, privilegiis, Antiquitatum monumentis & aliis. Accessit ad calcem series & vita Abbatum Seonensium a variis monasterii Fratribus variis epigrammatis adornata. fol. August. Vindel.* 1620. Dedicatio ad *Sigismundum* Abbatem *Seonensem*, Scriptorem eruditissimum data. Mirari satis haud possum, cur hujus lucubrationis suæ mentionem nullam fecerit STENGELIUS noster in *Catalogo Operum a se editorum.*

16. Officium parvum S. Caroli Borromæi. in 180. *Augustæ Vindel.* 1621.

17. Vita S. Benedicti Abbatis, ex *Libr. II. Dialogorum S. Gregorii* Papæ. Acceſſit Regula ejusdem S. Patris compendio declarata. *c. fig.* in 24°. *Auguſtæ.* Apud Saram *Mangiam* viduam. 1621. Opusculum inſcriptum *D. Benedicto* Abbati *Nereshei-menſi.*

18. Corona lucida in cælo jam fulgens, olim in terris conſerta ex illuſtribus vita, doctrina, ſanctitate Monachis Ord. S. Benedicti, deſcripta & in æs inciſa æternæ memoriæ gratia. *Pars I. de Ordinis propagatione*, nuncupata anno 1621. Calend. Septembr. *D. Antonio* Abbati *Cremiſanenſi*, SS. Theolog. Doctori, S. C. M. Conſiliario. in 8vo. Fuſiorem hujus Operis delineationem habes in *Hiſtor. litter. Ord. S. Bened. T. IV. p.* 532.

19. Vita S. Mariæ Magdalenæ. in 12°. *c. fig. Auguſtæ Vindel.* 1621.

20. Hiſtoria Paſſionis D. N. Jeſu Chriſti e quatuor Evangeliis, SS. Patribus, & probatiſſimis Scriptoribus paraphraſtice enarrata & nova methodo explicata. in 4to. 1622. Opus nuncupatum D. *Henrico* Epiſcopo *Auguſtano.*

21. Chriſtianæ Pietatis Idea in VII. Operibus Miſericordiæ corporalis ſpectanda & legenda propoſita. in 8vo. *Auguſtæ Vindel.* 1622. *c. fig.* Apud Saram *Mangiam* viduam. Dicatum Opusculum D. Georgio *Diiterich* SS. Theolog. Doctori, Canonico cathedralis Eccleſ. *Conſtantienſis*, SSmi. *Leopoldi* Archiducis *Auſtriæ*, Epiſcopi *Argentinenſ.* & *Paſſavienſ.* Eleemoſynario.

22. Thuribulum aureum, in quo thymiama ſuaviſſimi odoris Deo offertur, id eſt: de VII. Horis canonicis Syntagma. in 8vo. *Auguſtæ Vindel.* 1622. Apud Saram *Mangiam* viduam. *c. fig.* Dicatum Opus

pus D. *Joanni Chryſoſtomo* Præpoſito *Raittenbuchenſi*.

23. Meditationes in Regulam S. P. N. Benedicti, nunc primum latine publici juris factæ. in 12o. Ex epiſtola nuncupatoria, a *Noſtro* anno 1623. 15. Calend. Novembr. ad DD. Abbates Congregat. Suevicæ, Ord. S. Benedicti Diœceſis *Conſtantienſis* ſcripta apparet: verum harum *Meditationum* auctorem eſſe *Philippum* FRANEIS Benedictinum in Lotharingia, qui eas gallice ſcripſit & edidit. Poſtea eas *Laurentius* VISETIUS Malmundarienſis Ord. S. Bened. cænobita latine vertit, ſed non edidit. Illas igitur *Noſter*, a D. *Georgio* Abbate *Weingartenſi*, ne diutius deliteſcerent, acceptas, juris publici fecit.

24. De SS. Reliquiarum cultu, veneratione ac miraculis Libri V. non ſolum ad concionatorum utilitatem, ſed etiam ad ſingulorum pietatem jucunda varietate excitandam conſcripti. in 8o. *Ingolſtadii*. 1624. Dedicatio ad D. *Balthaſarem* Abbatem monaſterii S. Crucis *Werdeæ Suevicæ* ſcripta.

25. Imagines Sanctorum Ord. S. Benedicti, tabellis æreis expreſſæ, cum eulogiis ex eorundem Vitis. 4to. 1625. Opus Abbatibus Ord. *S. Benedicti* in *Auſtria* & finitimis *Styria* ac *Carinthia* conſecratum. Ad calcem addidit *Noſter* Inſignia gentilitia familiæ *Cajetanæ* æri inſculpta, una cum Apoſtrophe ad *Conſtantinum* CAJETANUM encomiaſtica ſimul ac euchariſtica. Confer, ſi lubet, *B. G.* STRUVII *Introd. in Notit. Rei litterar.* 1754. *Francofurti*. *pag*. 683. *in Notis*.

26. I. S. Michaelis Archangeli Principatus, Apparitiones, Templa, Cultus & Miracula ex SS. Litteris, SS. Patribus, & Hiſtoriis eccleſiaſticis eruta. in 12o. *c. fig*. Dicatum *D. Michaeli* Abbati *Mon-*

tis Andecensis anno 1629. II. S. Gabrielis Archangeli Historia. in 12o. *c. fig.* Dicatum *D. Joanni* (Merck) Abbati San - Udalricano, *Augustæ*, anno 1629. III. S. Raphaelis Archangeli Historia. in 12o. *c. fig.* Dicatum *Quirino* Abbati *Tegernseensi*, anno 1629.

27. Monasteriologiæ Pars IIda, *c. fig. Augustæ Vindelicorum.* 1638. Nuncupatum Opus a *Nostro* D. *Antonio* Episcopo *Viennensi*, Abbati *Cremisanensi*, Consiliario *S. C. M.* intimo, mecænati suo maximo. Pars ista, *priori* multo adhuc rarior, diu per Bibliothecas & Officinas librarias a prælaudato *Michaele* KUEN omni studio frustra pervestigata, adeo ut illius potiundæ spem omnem seposuerit, tandem benigno fato reperta, iteratis anno 1756. procusa typis, ab eo exhibetur in *Collectione Rer. hist. monastico - eccles. Tom. II.* adjecto *Anagrammate*, quod, in laudem STENGELII adhucdum vivi, *P. Antonius* SAUTHER SS. Theologiæ Doctor, & Subprior *Cremisanensis*, primæ editioni annectendum sibi censuit.

28. Protheus gratulatorius. in 8vo. *Monachii.* 1639.

29. Cæremoniale Benedictinum, in quo, præter cæremonias Chori, laudabiles monasteriorum consuetudines & constitutiones describuntur. in 8vo. *Dillingæ.* 1641. Huic Operi nomen suum non adposuit *Noster.*

30. Brevis Index Sanctorum, qui sub Regula *S. Benedicti* vixerunt & floruerunt. in 12o. *Ingolstadii.* 1645. Dedicatio data est a *Nostro* ad *Placidum* Abbatem monasterii *Cremisanensis*, in quo *portum*, *asylum*, *patriam*, *hostili procella e suo monasterio ejectus*, *profugus*, *& sine sua culpa exul bis*, uti grato animo profitetur, *invenit.* 31. Ga-

31. Gazophylacium ſacrarum Cogitationum in Feſtis tôtius anni, orandi, meditandi, concionandi materiam miniſtrantium. in 12°. *Ingolſtadii*. 1645. Collegit quidem *Noſter* iſtud *Gazophylacium*, ſed ejus frater *Georgius* STENGELIUS *Soc. Jeſu* juris fecit publici; quod, quomodo acciderit, ipſe exponit in Dedicatione ad *Carolum* noſtrum directa: *Hac de cauſſa* (ob ſenectutis & mortis imminentis memoriam) *mihi reliqua tua, nec pauca nec inerudita, Opera commendaſti, adhuc poſt obitum tuum, ſi me citius vixiſſes, in lucem edenda: Quod ſane fraterna tibi ſinceritate promitto me facturum, ſi humanæ vitæ arbiter voluerit me poſt mortem tuam ſupereſſe.* Sequentibus etiam in memorata Dedicatione prædicat *Carolum* noſtrum: *Ut me longe plura elucubraſti volumina, ita etiam multo meliora. Quare non ſolum in contemnendis mundi illecebris ſtatuque vitæ religioſo ſectando, ſed etiam in conſcribendorum librorum labore mihi exemplum præbuiſti.... In quo tu Ordine* (Benedictino) *non minimum nomen es, qui & negotiis & monumentis multis & præclaris eum Ordinem illuſtraſti, reſtitutumque cœnobium Anhuſanum Abbas primus.. recepiſti, receptum inter tot belli tumultus, ſpoliationes, fugas, exilia & pericula... in maxima rerum inopia & calamitate temporum non rexiſti modo ſed.. erexiſti...*

32. De Statu Animarum poſt mortem, earundemque ſatisfactione in Purgatorio. in 12°. *Auguſtæ Vindel.* Typis Andreæ *Apergeri*. 1645. Dicata eſt opella D. *Antonio* Abbati monaſterii B. V. Mariæ *ad Scotos Viennæ*, Conſiliario cæſareo.

33. Præſentium calamitatum Origo, Cauſſæ, & Medicinæ indicatæ in ſolatium omnium eorum, qui bellum optant eſſe debellatum. in 12°. *Ingolſta-*

dii. 1646. Sacravit *Noster* D. *Joachimo* S.R.I. Principi & Abbati *Fuldensi*, epistola plena laudibus illius; de quo supra *p.* 138. 139. dictum est.

34. Artes feliciter & innocenter bellandi ac debellandi, ex variis historiis sacris & profanis erutæ. Quibus accessit Martyrologium castrense. in 12°. *Ingolstadii.* 1646. Nuncupatum est Opusculum *D. Wernero Tserclaes*, Comiti *de* TILLY.

35. Hortensius & Dea Flora cum Pomona historice, tropologice, & anagogice descripti. *Tomus I.* in 12°. *Augustæ Vindel.* 1647. Typis Andreæ Apergeri. Dedicatio D. D. *Joanni Maximiliano* Comiti *a Lamberg* &c. &c. S. C. M. a Consiliis aulicis Imperii, & a Cubiculis, Burggravio *Styrensi*, & ad Conventum *Monasteriensem* Delegato dirigitur a *Nostro* in grati animi testimonium de beneficiis sibi exulanti impensis. *Tomus II.* de Pomona & Arboribus &c. in 12°. *Ibidem.* Apud *eundem* 1647. Dedicatio ad *Joannem Bartholomæum Schefferum* SSmi. Bavariæ Electoris Consiliarium bellicum, ejusque Exercitus Commissarium generalem &c. scripta rursus in testificationem grati animi de beneficiis tum sibi, tum subditis suis *Anhusanis* collatis. Editio hujus Libri *secunda* prodiit *ibidem*, & apud *eundem* anno 1650. Sed est omnino una atque eadem cum *prima*, nisi quod *Titulus* sit immutatus sic sonans: *Hortorum, florum & arborum historia*, & adjecta sint *Paralipomena a non paucis desiderata de Arboribus fructiferis in India.*

36. Laudes S. P. N. *Benedicti* Abbatis, Monachorum in Occidente Patriarchæ, ejusque SS. Regulæ & Ordinis, ex *Disquisitionibus monasticis Benedicti* HAEFTENI &c. concinnatæ. in 4to. *Augustæ Vindel.* Typis Andr. *Apergeri.* 1647. Dedicatio ad

Alber-

Albertum S. Petri *Salisburgi*, & *Urbanum* cænobii *ad Montes* Abbates, qua beneficia sibi exuli præstita laudat.

37. Commentarius Rerum Augustan. Vindelic. ab urbe condita ad nostra usque tempora, in II. Partes distinctus. in 4to. *Ingolstadii.* 1647. Præcedit Dedicatoria ad *Sigismundum Franciscum* Archiducem Austriæ &c. Episcopum *Augustanum*, in qua ait: *se junioribus annis jam scriptam, postea autem bellicis turbis impeditam ac poene perditam hanc Historiam Augustanam de novo concinnasse.* Sequitur Epistola D. *Henrici* Episc. *Augustani*, data anno 1624. ultima die Decembr. qua primam dicti *Commentarii* partem collaudat, & *Nostrum* ad persequendum Opus hortatur: utque illud majori cum laude & securitate exeat, recognoscendum eruditis Viris daturum se pollicetur. Ceterum *Commentarium* istum *varia eruditione plenum, magno labore nec minore doctrina conscriptum esse*, judicarunt Scriptores *Hist. litter. Ord. S. Bened. T. IV. p.* 439. Memorat *Commentarium* hunc *Casp.* SAGITTARIUS in *Introduct. ad Hist. eccles. p.* 485. *B. G.* STRUVIUS in *Biblioth. histor.* Edit. *Buderianæ*, *p.* 1007. & *Christianus* GRYPHIUS, cujus verba superius allegavi. Mox citatus *B. G.* STRUVIUS alio in loco, nimirum in *Admonitione prævia* ad *Chronicon ecclesiast. Augustan.* inter PISTORII *Scriptores. T. III. p.* 656. de hoc STENGELII Opere scribit: *Comparari meretur Caroli Stengelii Abbatis Anhusani Rerum Augustæ Vindelicorum Commentarius, quo partim Sanctorum historiam, partim etiam Episcoporum successionem exponit.*

38. S. P. N. *Benedicti...* Regulæ totius Oeconomia ex... *Benedicti* HAEFTENI &c. *Disquisitio-*

nibus monasticis instructa & X. Libris illustrata. in 4to. *Augustæ Vindel.* Typis Andr. *Apergeri.* 1648. Opus dedicatum *D. Benedicto* Abbati ad *S. Lambertum.*

39. Mantissa ad Commentarium Rerum Augustan. Vindelic. ampliorem Diœcesis Augustanæ descriptionem continens. in 4to. Augustæ Vindel. Typis Andr. *Apergeri.* 1650. Initium operis facit *Præmonitio ad amicum Lectorem*, in qua corrigit nonnulla a se in *Commentario Rer. Aug. Vindel.* ex aliorum mente perperam scripta. Sequitur dein Dedicatio Capitulo cathedralis Ecclesiæ *Augustanæ* directa. Opus oppido rarum claudit *Elenchus Operum*, quæ *Noster* pro suis agnovit.

40. Thaumasia Benedictina, in qua præcipua miracula a SS. Viris Foeminisque Ord. S. P. N. *Benedicti.* patrata describuntur. in 4to. *Augustæ Vindel.* Typis Andreæ *Apergeri.* 1650. Dedicatio eucharistica de beneficiis sibi exulanti collatis a *Nostro* ad Placidum *Cremifanensem*, Placidum *Lambacensem*, Romanum *Garstensem*, Maurum *Lunælacensem*, Gabrielem *Seidenstettensem*, Augustinum *Glunicensem* Abbates data.

41. Optica Prælatorum & Pastorum, in qua concionibus, exhortationibus & orationibus formandis copiosa materia ministratur. in 4to. *Augustæ Vindel.* Typis Andreæ *Apergeri.* 1650. Opus dedicatum D. D. *Francisco Wilhelmo* Episcopo *Ratisponensi, Osnabrugensi*, *Mindensi* & *Verdensi* &c. &c. Idem Opus, in 4to. *Coloniæ Agrippinæ.* 1684. de quo videri poterit *Histor. litterar. Ord. S. Bened. T. IV. p.* 149.

42. Catalogus plusquam 1000. Monasteriorum. *De hac Lucubratione, cujus Schedæ nonnullæ manuscri-*

nuſcriptæ adhucdum viſuntur in Bibliotheca San-Udalricana, confer, quæ Noſter, in Præfat. ad ſuam Monaſteriologiam, ſuperius no. 13. *laudatam, ſcripſit* (*h*).

43. De Familiaribus Chriſti. *Manuſcriptum adhuc extare monet, ſi modo recte, Hiſtor. litter. Ord. S. Bened. T. IV. p.* 348.

44. De VII. Macchabæis. *De hoc idem quod de antecedenti, affirmat mox citata Hiſtoria. Meam in inquirendo diligentiam omnem ambo hæc Scripta eluſerunt.*

45. Rerum eccleſiaſticarum Auguſtano - Vindelicarum Libri XV. Hunc furto ſibi ſublatum doluit *Carolus* noſter.

46. Chriſtologia in II. Tomos diſtincta: in qua primum Genealogia Chriſti fuſe deſcribitur; deinde hiſtoria Patriarcharum hujus genealogiæ ab Adamo usque ad Chriſtum ſine interruptione continuatur; tertio ab incarnatione Chriſti ejus infantia, pueritia usque ad baptiſmum continetur: Tomo *ſecundo* vero vita ejusdem prædicantis, miracula patrantis, patientis (*i*), morientis, reſurgentis & in cælum aſcendentis in capita diſtincta refertur. *Opus promiſſum a Noſtro, ſed non vulgatum extat adhuc MSStum. in Bibliotheca San - Udalricana, Auguſtæ.*

47. Vitæ Hiſtoria S. Jacobi Majoris, Apoſtoli. *Ubi lateat, aut quo devenerit, ignotum.*

48. Nu-

(*h*) Eam typis exſcriptam non fuiſſe, credit *Hiſtoria litterar. Ord. S. Bened. T. IV. p.* 564.

(*i*) Hic inſerere decreverat *Hiſtoriam Paſſionis D. N. Jeſu Chriſti*, a ſe 1622. typis publicatam, at eam variis *Additamentis* noviter conſcriptis auctam.

48. Numerorum Allegoriæ & Historia. *Idem, quod de præcedenti, dicendum de hac Lucubratione.*

49. Coronæ lucidæ Pars II. de Scriptoribus Ordinis S. Benedicti. *Extat adhuc MSSta. in Bibliotheca San - Udalricana Augustæ, munita solita Adprobatione Censoris Librorum, anno 1661. mense Novembri scripta.*

50. Julii Nigroni Asceticorum Tractatuum Compendium. *Servatur MSStum. in Bibliotheca memorata.*

51. *Thesaurus Biblicus, e SS. Patribus & celebrioribus SS. Scripturæ Interpretibus, in Caput I. & II. Genesis. Pars I.* de *Cosmopoeia.* in 8vo. *Ingolstadii.* 1651. Dedicatio ad D. *Paridem* Archiepiscopum *Salisburgensem* scripta est. Opus ipsum laudatur a *Le* LONGIO in *Bibl.* Confer, si placet, *Histor. litterar. Ord. S. Bened. Tom. IV. p. 26.*

52. *Thesaurus Biblicus &c. in Caput III. Genesis. Pars II. de Lapsu primorum parentum. in 8o. Ibidem.* 1652. Dedicatio encomiastica ad D. *Fabium Chisium* Cardinalem &c. data.

53. *Thesaurus Biblicus &c. in Caput IV. & V. Genesis. Pars III. de Propagatione generis humani.* in 8vo. *Ibidem.* 1652. Dedicatio ad *Corbinianum* Abbatem *Schyrensem* exarata.

54. *Thesaurus Biblicus &c. in Caput VI. VII. VIII. & IX. Genesis. Pars IV. de Diluvio & Noë. in 8vo. Ibidem.* 1652. Dedicatio ad *Honoratum* Abbatem *Seonensem* dirigitur.

55. Hierologia, in qua loca sacra cum in Lege naturæ, tum scripta, item Gentilium ac Christianorum varie describuntur. in 4to. *Ingolstadii.* 1653. Inscripta est Lucubratio *Urbano* Abbati *Admontensi.*

Hinc

Hinc corrigatur *Hist. litter. Ord. S. Bened. T. IV. p.* 353. ineditam esse, dicens.

56. *Vita S. Joannis Apostoli & Evangelistæ, ex diversis Auctoribus collecta. in* 8vo. *c. fig. Ingolstadii.* 1653. Dicatum Opus *Joanni Jacobo* Præposito *Elvangensi,* S.R.I. Principi epistola, in qua veterem ejus in se beneficentiam, præcipue in subministrandis asseribus ligneis ad restaurationem cænobii *Anhusani* necessariis, deprædicat. Errat igitur *Histor. litter. Ord. S. Bened. T. IV. p.* 348. dicens: typis exscriptam haud fuisse istam *Vitam.*

57. *Diarium Monasticum. in* 12o. *Augustæ.* 1654. V. *Mart.* LIPENII *Biblioth. theol. T. I. p.* 517. & *T. II. p.* 312.

58. *Vera Effigies D. N. Jesu Christi secundum carnem, uti eam sibi revelatam depingi curavit V. D. Marina de* ESCOVAR, *delineata, depicta & descripta. in* 8vo. *August. Vindel. Typis Andreæ Apergeri.* 1656. Lucubratio nuncupata *Alexandro VII.* summo Pontifici, prius *Fabio Chisio* dicto.

59. *Theatrum D. N. Jesu Christi atrociorum crucictuum C. Lectori Spectatori propositum. c. fig. in* 4to. 1658. Inscriptum est *D. Joachimo* Abbati *Fuldensi*: ornatum imaginibus æri incisis, quas *Christoph.* SCHWARZIUS excellentissimus Pictor *Guilielmi* Ducis *Bavariæ* invenerat & depinxerat; ut ad ejus lectionem his artis illecebris christiani Lectores magis traherentur.

60. *Emblemata Josephina cum eulogiis. in* 4to. *c. fig. Augustæ Vindel. Typis Veronicæ Apergerin, viduæ.* 1658. Præmittitur Dedicatio, aut potius Oratio ad S. *Josephum*, a *Nostro* anno ætatis suæ 78. scripta.

61. *Dia-*

61. *Diadema Marianum. in* 12°. *Passavii.* 1658. Hoc Noſtro tribuit *Mart.* LIPENIUS in *Bibl. theol. T. II. p.* 240.

62. *Hodoeporicon Mariano-Benedictinum, ſeu Hiſtoria de Imaginibus B. V. Mariæ miraculis & peregrinationibus apud PP. Ordinis S. Benedicti per orbem celebratis.* in 8vo. *c. fig.* Opus nuncupatum *Flavio Chiſio* Cardinali, anno 1659. 15. Calend. Octobr.

63. *Proprium Feſtorum ad Uſum Monaſterii Anhuſani*, cum Præfatione docta ac pia. Extat MSStum. in Bibliotheca *San - Udalricana, Auguſtæ.*

64. *Complura ad ortum, progreſſum, res monaſterii Anhuſani pertinentia*, quæ manuſcripta ſervantur in mox memorata Bibliotheca *San - Udalricana.*

Germanica (*k*).

1. Dialogus de Paſſione Domini. *Ein kurz Geſpräch von dem bittern Leyden und Sterben U. H. Jeſu Chriſti. in* 8vo. *Augſpurg.* Apud Chriſtoph. *Mang.* 1606. Opuſculum, verſibus ſcriptum, ſacravit *Noſter* Genofevæ *Röttin* Abbatiſſæ *Kiebacenſi.*

2. VII. Caſus Domini patientis. 1608.

3. VII. Opera Miſericordiæ corporalis. 1608.

4. VII. Horæ canonicæ. 1608.

5. VII. Urbis Romæ Eccleſiæ. 1608. Ego vidi Editionem ſequentem: *Beſchreibung der VII. Haupt- oder Erz - Kirchen zu Rom, auf was Weiſ ſie erbaut*

(*k*) In reperiendis Scriptis *Germanicis* STENGELII non tam proſpera fortuna uſus, ac in ejusdem *latinis* perveſtigandis, plerumque ſequor *Catalogum Operum* ab ipſomet confectum.

baut und geziert worden. in 12o. c. fig. Augspurg. Apud Saram Mangin viduam. 1618.

6. Calendarium ex Martyrologio. 1608.

7. Vita B. Mariæ Virginis. 1609.

8. Vita S. Benedicti. 1610.

9. Salutationes ad B. Mariam Virginem. 1610.

10. Remedia contra VII. Peccata mortalia. 1610.

11. De VII. Angelis principibus. 1611.

12. Peccati fomes, vincula, poena, medela, 1611.

13. Vita S. Dominici. 1612.

14. Vita Christi in forma orationis. 1512.

15. XIV. Fundatores Ordinum. 1613.

16. Vita S. Caroli Borromæi. 1614.

17. Vita S. Bernardi. 1614.

18. Infantia Salvatoris, mystice. 1614.

19. Vita S. Simperti Episcopi Augustani. *Das Leben und Wunderwerck des H. Augspurgischen Bischofs Simperti. in* 8vo. *Augspurg.* Typis Christoph. *Mang.* 1616. Dicatum Opusculum sæpius memorato *D. Joanni* Abbati *San - Udalricano.*

20. Monasteriologia. c. fig. in 4to. 1620. Typis exscriptam repperire non potui: manuscripta autem extat in *folio*, in Bibliotheca *San - Udalricana*, *Augustæ.*

21. Chronicon Ecclesiasticum Augustanum. *Der weitberühmten Kayserlichen freyen, und des H. R. Reichsstatt Augspurg in Schwaben kurze Kirchen-Chronick, samt dem Leben und Wunderzeichen der Heiligen, welche daselbst gelebt, in* 5. *Bücher abgetheilt.* in *folio. c. fig.* Apud Saram *Mangiam.* 1620.

Opus

Opus *Joanni* Abbati *San - Udalricano*, D. Alberto *Fabri* J. V. Doctori, Canonico & Scholastico Eccles. cathedr. *Augustanæ*, D. Bernardo *Rehlingero* Septemviro ac Patritio Augustano dicatum: & teste *Jo.* VOGTIO in *Catal. libr. rarior.* p. 645. *rarioribus imo rarissimis Scriptis annumerandum.*

22. Miracula SS. Rosarii. 1620.

23. De XV. Auxiliatoribus. *Von den XV. heiligen Noth - Helfern; ihrer Anrufung, Leben und Marter. in 16°. Augspurg.* 1621.

24. *Stammenbuch Mariæ, oder täglicher immerwährender U. L. Frauen - Calender. in 8°. Hujus Operis Tomum II. Dillingæ.* 1642. *in Typographia Academica excusum memorat, Nostroque adscribit Catalogus Bibliothecæ - Udalricanæ, Augustæ; etsi Noster illud in Catalogo Operum suorum non annotarit.*

25. Stemma D. N. Jesu Christi. *Unsers lieben Herrn Jesu Christi des gecreuzigten Stammenbuch, oder denckwürdige Historien von Jesu Christo und Denjenigen, welche ihm in Nachtragung des Creuzes gleichförmig zu werden, begehret... Dazu erst kommen der alten Römer und Griechen Calender mit dem christlichen verglichen... durch R. P. Joann. Baptist.* MASCULUM... in 8vo. Volumina II. *Volumen IIdum.* prodiit *Monachii*, per *Lucam Straub*, 1649. Aliam editionem, cujus etiam meminit *Historia litteraria Ord. S. Bened. Tom. IV. p.* 420. vidi meis oculis, impressam a *Joanne* JAECKLIN, Typographo aulico Ducis *Bavariæ*, *Monachii*, in 8vo. 1668. *Volumina duo.*

26. *Tractat vom Anti - Christ. Wer er seyn werde, wann er kommen soll? &c. &c. &c.* in 4to. *Augspurg.* 1654. Apud *Christoph. Schmid.*

27. In

27. In laudem Mathematices. Confer *Hiſt. litter. Ord. S. Bened. T. IV. p.* 305.

28. Contra Aſtrologos ſortilegos.

E latino ſermone in germanicam linguam translata Opera.

1. Lignum vitæ *Arnoldi* WION. *Baum des Lebens. Hiſtory des ganzen Ordens S. Benedicti.* 2. Tom. in 4o. *Augſpurg. c. fig.* Typis Chriſtoph. *Mang. Cum Inſigni Pinus.* 1607. Opus inſcripſit *Noſter Joanni* Abbati ſuo *San - Udalricano.* Incuſavit VOGTIUS in *Catal. Libr. rarior. v.* WION. ex eo capite STENGELIUM, quod pleraque ad notitiam Scriptorum facientia in hac verſione deſiderentur; ſed rei hujus cauſſam indicavit *Noſter* in *Dedicatione.*

2. *Alphonſi* PALAEOTI de SS. Sindone. *Beſchreibung der Leinwath oder Grabtuchs Chriſti.* in 4o *c. fig. Augspurg.* Typis Chriſtoph. *Mang.* 1607. Opusculum nuncupatum eſt a Dominico *Cuſtode*, cujus & impenſis in lucem prodiit, *Joanni* Abbati *San - Udalricano.*

3. Alphonſi CIACONII de CC. Martyribus Ord. S. Bened. *Das Leyden und die Marter* 200. *Mönchen in S. Petri a Cardegna Kloſter, Benedictir Ordens.* in 8o. *Augſpurg.* Apud Chriſtoph. *Mang.* 1607 Opusculum dicatum eſt Benedicto *Prunmeto* Abbati *Schyrenſi.*

4. Meditationes *Joann. a* TURRECREMATA. *Betrachtungen von dem Leben Jeſu Chriſti.* in 8o. *c. fig. Augſpurg.* Typis Chriſtoph. *Mang.* 1608. Dedicatæ ſunt *Joanni* Abbati *San - Udalricano.*.

5. Triumphus Jeſu Chriſti crucifixi, *Bartholomæi* RICCII. 1609. *c. fig. in* 8vo. *maj.*

6. Paradisus Sponsi & Sponsæ, *P. Joannis* DAVID. *Paradys des Bräutigams und der Braut : Item Marien - Gart geziert mit Früchten zart.* in 8vo. *cum* 100. *figur.* 1610. Ter istud impressum est Opus, quod *Noster*, *D. Joanni* Abbati *San - Udalricano*, *Augustæ* dicavit. Ego vidi editionem anni 1617. in duo Volumina divisam, excusam *Augustæ*. Apud *Matthæum Langenwaldter.*

7. Viridarium Sanctorum, *P. Matthæi* RADERI. *Lustgarten der Heiligen aus den griechischen Menæis gezogen. Item ein schöner Tractat vom Zustand und Beschaffenheit der Sterbenden.* Ex latino *P. Matthæi* RADERI *S. J.* in 8vo. *Augspurg.* Apud Chrysost. *Daberzhofer.* 1611. Dicatum Opus D. *Joanni* (Merck) Abbati *San - Udalricano*, *Augustæ.*

8. Miracula S. Caroli Borromæi & Canonizatio. *Miracul und Wunderzeichen des H. Caroli Borromæi. Cardin. S. Praxedis und Erzbischof zu Mayland. Item von seiner Canonization.* in 8o. Cum anno 1611. Vitam *S. Caroli* a R. D. *Gregorio* AICHINGER (*l*) tradu-

(*l*) *Gregorius* AICHINGER Canonicus ad *S. Gertrudem*, *Augustæ*, & *Chori - Vicarius* Ecclesiæ cathedralis ibidem, præter *Vitam S. Caroli Borromæi* germanice versam, typis quoque vulgavit *Thymiama sacerdotale*, *hoc est: Meditationes piæ a sacerdotibus ante celebrationem Missæ per singulos hebdomadæ dies devote exercendæ*, *desumptæ ex Ant. de* MOLINA *Carthusiani*, & *Ludovici de* PONTE *Soc. Jesu piis Opusculis.* in 12o. 1618. *Augustæ.* Plurimi insuper a *Nostro* extant *libri musici*, quos fuse recenset *Christoph.* HENDREICH in *Pandect. Brandenburg. p.* 72. impressos sub finem sæculi XVI. & initium XVII. *Venetiis*, *Norimbergæ*, *Dillingæ*, *Augustæ.* Conferri de iisdem poterit *Jo.* CLESSII *Elench. consummatiss. Libror. T. I. p.* 396. & *Georg.* WILLERI *Catal. Nundin. Francofurtens. anni* 1626. Epitaphium *Nostri* exhibet *Corb.* KHAMMIUS in *Hierarch. August. P. I. cathedr. p.* 673. sequentibus verbis: *Lege*, *Via-*

traductam publicare constituisset quidam *Caspar Flurschütz*, *Noster* ab eodem rogatus ejus Sancti *miracula &c.* a se versa addidit.

9. De Cruce transeunte *Jacobi* GRETSERI. *Signaculum Crucis , das ist : Ein lustiger und nuzlicher Tractat von dem Zeichen des H. Creuz.* in 4°. Ex Tomo IV. latino *P.* GRETSERI *de Cruce.* 1612. *Ingolstadt.* Præmittitur Operi Dedicatio *Conr.* VETTERI S. J. ad *Joannem* Abbatem *San - Udalricanum.*

10. Testamentum Hominis christiani, *Antonii* SUCQUET. *Das Testament eines Christenmenschen, und der ewigen Seligkeit , als vill möglich , Versicherung. in* 12°. 1626. *Augspurg. Per Michael. Stör.*

11. Via Vitæ æternæ, *Anton.* SUCQUET. *Weg des ewigen Lebens.* in 8vo. *c. fig. Augsgurg.* 1626. Apud Mathæum *Langenwalder.* Dedicatio ad *Joannem* Abbatem *San - Udalricanum* scripta. Idem Opus, duabus partibus distinctum, & auctius. *Monachii.* 1627.

12. Pia Desideria *Hermanni* HUGONIS. *Gottselige Begierden aus lauter Sprüchen der H.H. Vätter zu-*

Viator! & luge. Hic tumulatus est Reverendus & Eruditus D. Georgius (Legendum omnino : *Gregorius*) AICHINGER *Ratisbonensis Bojus apud hanc Cathedralem Chori - Vicarius , & Canonicus ad D. Gertrudis. Præter virtutem,& ceteras virtutes , tum musicæ artis peritia & suavitate, tum morum elegantia & facilitate mirifice gratus : qui cum vixisset annos* 63. *versa in luctum mortis cythara ejus , naturæ concessit* 12. *Calend. Februar. anno Christi* 1620. *Cujus anima æterna symphonia lætetur.* Distinguendus de reliquo hic *Gregorius* plane est ab alio *Gregorio* AICHINGER, fors patre suo , Organoedo DD. *Fuggerorum*, & modulorum musicorum compositore , cujus jam anno 1546. impressas *Cantiones* haberi monuit Perillust. *Paulus a* STETTEN *junior* in *Kunstgeschichte von Augspurg* , & ex hoc *J. C.* ADELUNG in *Fortsezung des* JOECHER *Gelehrten - Lexicon.*

sammen gezogen. in 12°. *c. fig. Augspurg.* 1627. *Apud Matthaum Langenwalder.* Opus dicatum *Joanni* Præposito ad *S. Crucem* Augustæ. Altera Editio mox, anno sequenti (1628.) *Augustæ* facta apud *Jo. Ulr. Schönigk.* in 12°. c. fig.

13. Manifestum pro Agonizantibus CAVETANI. *Ein klare und offenbare Erklärung für alle, so täglich durch die ganze Welt in Todtsnöthen ligen.* in 12°. Ex latino *Alexandri* CAVETANI Romani. 1629. *Augustæ.* Typis Mich. *Stör.* Dedicatio data est ad *Petrum* WALL Episcopum *Adramytenum*, Suffraganeum & Vicarium generalem *Augustanum.* Aliam Editionem vidi anni 1707. *Monacensem*, typis Matthiæ RIEDL excusam. in 12°.

14. Cor Deo sacrum *P. Caroli* MUSART. *Das Gott-zugeeignete Herz. in* 12°. *c. fig. Augspurg.* 1630.

15. *Francisci* BOURGINEI Lytaniæ Lauretanæ. 1636. c. fig. *Ingolstadii.*

16. Ejusdem Meditationes de Adventu....

17. *P. Georgii* STENGELII de SS. Nomine Jesu. *Geistliche Feuer-Flamm des Herzens, wie man den allerheiligsten Namen Jesu inbrünstig lieben, ehren und anrufen soll.* in 8vo. 1638. *München.* Dedicatio ad *D. Joannem* Baronem *de* WOERTH fortissimum bellíducem, cum a recenti pugna victoriaque plumbeum adhuc globum collo hærentem circumferret, scripta, laudibus Herois illius referta.

18. Schola Cordis *Benedicti* HAEFTENI. *c. fig. Herzens-Schul: oder des von Gott abgeführten Herzens Wiederbringung zu Gott, und Unterweisung. in* 8vo. *Ingolstadt.* 1652. Versio dedicata RRo. Abbati Einsidlensi, *Placido.*

19. Menologium Cistertiense.

20. *P. Caroli* MUSARTI Peregrinus Calvariæ.

Habes,

Habes, benevole Lector! *Catalogum*, quantum a me fieri potuit, omnibus modis absolutissimum *centum & duodecim Operum Caroli* STENGELII nostri, quæ is aut typis exscripta ab anno 1606. usque ad vitæ finem publici juris fecit: aut, prælo parata, moriens post se manuscripta reliquit. Cresceret horum numerus, si vera narraret Perillustris *Paulus a* STETTEN *senior* (m); dum *Nostro* attribuit Opus sub titulo: *Exegesis Rerum Sueco - Augustanarum*, quæ junctim cum aliis *Bernardi* HERTFELDERI Abbatis *San - Udalricani Augustæ* Scriptis prodiit. Verum cum hæc ipsa *Exegesis* semper a domesticis Scriptoribus HERTFELDERO atttributa fuerit, non est hoc loco, cur pluribus te de hoc ipso *Scripto* detineam.

(m) In *Historie der Stadt Augspurg. Tom. II. in Antecessione de Script. Rer. August. A. no.* 8. 9.

STENGELIUS (*Georgius*)

Carolo STENGELIO succedit *Georgius* STENGELIUS (*). *Nobile* profecto; dices, *par fratrum!*

(*) Oppido distinguendus est ab hoc *Georgio* STENGELIO alius *Georg.* STENGELIUS itidem *Augustanus*, ætate prior, quem anno 1514. albo academico Universitatis *Ingolstadiensis* nomen dedisse, anno dein 1533. *Theologiæ Doctorem* creatum, *trium linguarum peritum* & *Canonicum Frisingensem* fuisse, fatis autem supremis anno 1554 in vigilia *S. Martini* concessisse, tradunt *Annales* memoratæ *Academiæ*, a *Jo. Nep.* MEDERER editi, *Tom. I. p.* 90. 149. Ad eundem pertinere videntur. quæ mox citati *Annales. p.* 121. & 124. testantur: „ *Georgius* STENGLIN „ (*Stengl*) Augustanus, vir doctus, insignia Theologiæ „ consecutus, Frisingæ concionator factus vocatur ab illustrissimo Principe WILHELMO *Monachium* ad parochiam regendam & concionandi munus administrandum, „ cujus frater *Joannes* hic quoque studuit, & doctorea insignia impetra vit in Jure. "

quorum alter familiam *Benedictinam*, alter *Societatem Jesu* pietatis doctrinæque luminibus, ambo orbem litteratum Librorum editorum tum præstantia, tum multitudine mire collustrarunt. Pium autem, quod memoriæ nominique *Georgii* nostri exhibere paro, obsequium uno jam abhinc sæculo eidem præstare fraterna plane charitate occupavit frater *Carolus* STENGELIUS, qui in eodem *Adversariorum* volumine, quo suas ipsius, etiam fratris sui *Georgii* res gestas, maximam partem, scripto mandatas posteris transmisit. Juvabit igitur fratrem de fratre loquentem, ceu ducem certissimum, sequi. Hujus narrationi accedent alia, ex aliis Scriptoribus deprompta.

Natus est Georgius STENGELIUS *Augustæ anno* a parta per Christum salute MDLXXXIV. die *circiter* festo *S. Georgii*, *mane hora fere tertia*. Vix dum in dias luminis auras procreatus, nec nisi *hebdomadum novem infans*, *cum matre ac fratre*, *a genitore optimo*, de familiæ suæ incolumitate anxio, in pagum uno ab urbe milliari dissitum, cui *Haustetten* nomen, *missus est*; ne quid forte mali *ex tumultu ab Acatholicis civibus contra Magistratum patrium, ob introductum novum Calendarium Gregorianum* (*a*) excitato pateretur. Hoc ipso sedato, domum post dies octo reportatus, sub parentum cura & disciplina, ætate simul ac pietate per decennium crevit; quo elapso, *anno* M D XC IV. *mense Decembri*, *generosæ D. Barbaræ* FUGGERINAE, *Philippi Eduardi*

(*a*) De his turbis videri poterunt *Carolus* STENGELIUS in *Commentar. Rer. Augustan. P. II. p.* 314. *Corbin.* KHAMM in *Hierarch. August. P. I. cathedr.* p. 375. *Pauli a* STETTEN *senioris Geschichte der Reichs - Stadt Augspurg*, *P. I. p.* 659. *& seqq.*

ardi filiæ, *Philippi* FUGGERI *junioris* uxoris *ephebus factus est.*

Idem, cum aptum addiscendis scientiis ingenium mature ostendisset, humanioribus studiis admotus, earum curriculum permagna cum laude emensus est: cumque vitæ tempus reliquum in *Societate Jesu* transigere secum decrevisset, in eam, *Philippo* FUGGERO sibi fatis erepto, post absolutam Rhetoricam, a *Gregorio* ROSEFFIO tum Provinciali cooptatus, *parentum minis* (*si Historiæ Soc. Jesu German. super. P. III. p.* 56. fidem habemus) *ac machinationibus fortior, anno MDCI. die* 5. *Julii Landspergam* perrexit, *vitæ religiosæ tyrocinium subiturus.*

Exacto probationis tempore, *Ingolstadium* a Superioribus missus, Philosophiæ studuit, *qua absoluta* per quatuor annos *Humanitatem docuit Bruntruti* primum, *inde Monachii.* Subin *Ingolstadium* denuo ire jussus, ibi discendis theologicis placitis ita se impendit, ut summos Doctoratus honores consequi meruerit. His gestis, severioribus disciplinis tradendis pro more *Societatis* applicatus, *Philosophiam*, & *Theologiam* (tum *scholasticam*, tum *moralem*) plurimis annis, maxime in *Dillingana* & *Ingolstadiensi* Academiis, docuit (*b*): ad quæ munia uti ingenium omni scientiarum genere instructissimum, singularemque in expoliendis discipulorum animis diligentiam attulit; ita etiam id est consecutus, ut labores, quos in eo vitæ statu pertulit, amplissimo Auditorum suorum profectu egregie com-

M 4 pensa-

(*b*) Vide *Jo. Nep.* MEDERER *Annales Academ. Ingolstad. Tom. II. p.* 220. 328 *Adrien* BAILLET *Jugemens des Scavans, Tom. VII. P. I. p.* 430. *Philipp.* ALLEGAMBE *Biblioth. Script. Soc. Jesu. p.* 158.

penfatos videret. Qua re factum eft , ut gloriari *Noftro* liceret: *fe in numero difcipulorum fuorum(præter Principes, Comites, Barones, Nobiles) plus quam triginta Abbates, Prælatos, Præpofitosque habuiffe* (*c*). Hinc non eit , cur mirer , quod *Nofter* (atque hoc ipfum ficut in laudem *Georgii* maximam cedit , ita primo loco commemorari debuiffet) quod , inquam, *Nofter* a fereniffimo Bavariæ Duce *Wilhelmo V*. præ cunctis aliis dignus habitus fit , cui moralis Philofophiæ filio Principi *Carolo Francifco* (*d*) privatim tradendæ munus demandaret: ad quod ipfum alludere STENGELIUS videtur , dum in Dedicatione præmiffa Libello : *Exempla in deteftationem feptem capitalium vitiorum &c.* in 8vo. *Jo. Rudolph. de* RECHBERG &c. Præpofitum cathedralis Ecclefiæ *Auguftanæ* , his verbis affatur : *Majorem paginam implerent , fi quæ vel hifce meis oculis in Te laudanda vidi, velim recenfere. In eadem enim aula Bavarica atque iisdem Principibus adfuimus per aliquot annos : tu , ut mores regeres : ego , ut traderem artes.* De his fatis !

Non contentus *Stengelius* , hominum ingenia optimarum fcientiarum præceptis excoluiffe , animis quoque ad omnem virtutis ac pietatis culturam informandis, quam potuit maximam , follicitudinem impendit. Sic anno 1620. quo ipfo fefe,quarto Voto edito, *Societati* arctius adftrinxit , *Ingolftadii* ad Congregationem academicam facros fermones, quæ *Præfes* habuit : idemque munus poftea compluribus

(*c*) Ita ipfe de fe in Dedicatione ad Libellum fuum: *Matrimonia faufta & infaufta.* in 8o.

(*d*) *Carol.* STENGELIUS in *Adverfariorum* fuorum Volumine MSSto. hoc de fratre annotavit.

bus annis in vita (*e*) obivit, eidemque etiam immortuus est. Sic dum in aula Bavarica fuit, in *D. Virginis* templo ad concionem aliquot annis dixit. Fuit autem in eo dicente eloquentia singularis, vis ac fervor orationis tanta, ut omnium in se animos vultusque converteret, nec raro lacrymas ex auditorum suorum oculis eliceret.

Dum STENGELIUS docendo, dum concionando plurimum prodesse studet, accidit, ut dirissima belli Suecici procella in Bavariæ oras sese effunderet. Hanc fugiens *Noster Salisburgum* venit; ubi *Alberti* Abbatis ad *S. Petrum*, maxime vero *Paridis* Archiepiscopi singularem benevolentiam favoremque erga se expertus est (*f*). Inde reversus, post paucorum annorum spatium, scilicet MDCXL. Collegio *Dillingano Rector* datur: ubi *postquam triennium suum absolvisset, iterum Ingolstadium rediit, ibidemque Studiorum Præfectum, Congregationis academicæ Præsidem, domesticum Exhortatorem*, itemque *Exemplorum* per Quadragesimam *in Templo Enarratorem summa cum laude* egit.

Quivis profecto facile videt, per varia, quæ *Stengelius* noster gessit, munera, variasque occupationes vitæ fieri haud potuisse, quin quamplurimis Principibus, Nobilibus, & aliis spectatissimis tum ecccleiastici tum sæcularis ordinis Viris innotesceret, eorumque aut gratiam favoremque, aut benevolentiam amoremque sibi conciliaret. Qua de caus-

M 5 sa

(*e*) Elucet hoc ex Dedicationibus, quas *Noster* præmisit Libellis suis: *Spes & Fiducia. Labyrinthi ab Aegyptiis positi Laudes. Libri IV. de Festo Nativitatis & Epiphaniæ. Crœsus & Codrus.*

(*f*) Ita ipse STENGELIUS testatur in Dedicatione Librorum suorum: *Vis & Virtus Exemplorum. Mundus & Mundi Partes.*

ſa poſtea, ubi ingenii ſui foetus in lucem produxit, eosdem, ut ſe gratum acceptorumque beneficiorum memorem oſtenderet, variis Librorum, præfixo Patronorum nomine gloriantium, munuſculis demereri minime intermiſit. Indicabuntur horum nomina, ſuo quodvis loco, paullo inferius, ubi Operum a *Noſtro* editorum catalogus texetur; tum ut ne quid ſit, quod ad laudes *Georgii* deſiderari queat: tum ut vel inde pateat, quo honore quantaque is exiſtimatione per orbem Germanicum fuerit. Et quamvis nimis longum foret, omnes *Noſtri* fautores percenſere, tamen eos, qui *ſereniſſimi* nominis ſunt, & quos ſummorum natalium ſplendor commendat, hoc loco, quin nomine appellem, intermittere nec poſſum, nec debeo. Sunt illi *Sigismundus Franciſcus* ex Archiducibus *Auſtriæ*, Epiſcopus *Auguſtanus*: *Ferdinandus Carolus* itidem Archidux *Auſtriæ*: *Wolfgangus Wilhelmus* Comes Palatinus *Rheni*: *Maximilianus Henricus* e Ducibus *Bavariæ*, Coadjutor *Colonienſis*: *Franciſcus Wilhelmus*, Epiſcopus *Oſnabrugenſis* &c. *Ferdinandus* denique *III.* Romanorum Imperator. Quæ dixi, Lector comprobata inveniet inferius in Elencho Operum *Noſtri*, no. 26. 59. 63. 65. 66. 70. 75. 78.

Sed modo ſuprema *Noſtri* fata me vocant. Anno igitur MDCLI. *Dominica Palmarum habita ferviđiſſima eaque poſtrema* oratione, *in febrim malignam continuam incidit*, quæ a *Noſtro* ſive *minus bene intellecta*, ſive *ultro diſſimulata*, per totum tacite diffuſa corpus, tandem *ipſo Paſchatis die ita vires exſeruit ſuas, ut mox de vita Georgii deſperatum ſit, prohibitumque a Doctore Medico & Profeſſore academico D.* DIELERO, *ut nemo propius ad eum accederet, ne forte* (g) *morituriэntis halitu inficeretur*. Sic conſumptus

(g) *Ita Carol.* STENGELIUS in *Adverſariis.*

ptus *Georgius*, perceptis pro more catholico SS. Sacramentis, *anno memorato feria secunda Paschæ*, 10. *die Aprilis hora media duodecima pie in Domino obdormivit. Vixit annos LXVII. demptis* 14. *diebus, agens in Societate an. L.*

Mortuo *Georgio*, utpote emerito Theologiæ Professori, sacra *Facultas Theologica Ingolstadiensis* hoc elogium in Schola Theologorum scribendum curavit: *Georgius Stengelius S. J. Augustæ natus, post philosophicas disciplinas traditas, theologicas multis annis docuit, semper ab ingenio & claritate commendatus. Politiorum quoque litterarum apprime peritus ad concionem, & Sodales parthenios summa eruditionis laude, maxima eloquentiæ vi & animarum fructu pluribus annis dixit. Sed non minus ore, quam calamo celebris, scriptis plurimis de diverso argumento libris, immortale sibi nomen, Regum Principumque gratiam & amicitiam comparavit. Postquam Collegio & Academiæ Dillinganæ Rector præfuit, reliquam vitam in librorum suorum monumentis concinnandis & parthenio coetu excolendo laudabiliter transegit Ingolstadii, ubi & mortuus IV. Idus Aprilis, A. MDCLI. ætat. LXVII.*

Ita *Annales Academiæ Ingolstadiensis*, *Tom. II. p.* 328. qui insuper hæc addunt: *Docuit autem* STENGELIUS *apud nos Theologiam moralem uno, scholasticam octo annis. Quo ingenio, qua industria is fuerit, monumenta litteraria typis edita satis testantur; varii enim argumenti libros edidit ultra septuagenos, quos Nathanael* SOTVELLUS in *Biblioth. Script. Soc. Jesu*, *p.* 295. recenset. Suadet injecta SOTVELLI mentio, hoc loco attexere ea, quæ idem *Bibliothecæ* suæ *pag.* 294. in laudem *Nostri*, scripta reliquit: *Fuit omni scientiarum genere insigniter excultus: fuit in dicendo, scribendo, & usu conscientias guber-*

gubernandi felix, amoenus & folidus. Facilitate fua etiam apud Principes in nodis arduis difficillima quæque expediebat. Infectationes non tanquam injurias, fed ut benevolas animi tefferas accipiebat, & amoenitate ingenii fuperabat. Fuit in eo doctrina citra fupercilium; obedientia obfequentiffime fecura; demiffio non artificiofe facta, fed a virtute fincera. Cum per dies feftos verni jejunii Hiftoriam facram poft Pfalmum quinquagefimum enarraffet, die Palmarum ultimum cum lacrymis peroravit, brevi dierum interjectu febri extinctus.. & ab Academia nobili encomio honoratus.

Præter SOTVELLUM, *Georgii* noftri multa cum laude meminerunt duo alii Scriptores domeftici, nimirum *Philippus* ALLEGAMBE in *Biblioth. Script. Soc. Jefu*, *p.* 158. & *Auctor Hiftoriæ Provinciæ Soc. Jefu*, *Germaniæ fuperioris*, *Tom. III. p.* 56. qui fequentia in commendationem *Noftri* affert: *Auguftanum Gymnafium tam præclaram hoc tempore* (Anno 1601.) *alebat juventutem*, *ut*, *cum hoc anno*... *non plures undenis inter noftros tyrones adfcriberentur*, *quinos eorum ex Auguftana Rhetorica legendos cenfuerit* ROSEFFIUS *Provincialis*, *qui omnes Societati perutiles ad mortem usque perftitere. Erat hos inter Georgius* STENGELIUS *e Fuggerorum Auguftæ domefticis*, *qui*... *editis pofthac magno numero libris viri omni fcientiarum genere ornati famam promeruit.*

Neque defunt Scriptores exteri, quos in laudem *Noftri* citem. Certe *Adrianus* BAILLET in Libro: *Jugemens des Scavans*, *Tom. IV. P. I. p.*430. memoriam *Georgii* fequentibus verbis agit: STENGELIUS *étoit né dans la ville d' Augsbourg l' an* 1585. (melius 1584.) *& entré chez les Jefuites feize ans après. Il enfeigna parmi eux les Humanitéz pendant quatre ans*, *la Philofophie pendant fix*, *la Theologie fcholaftique pendant*

huit

huit ans. Il enseigna aussi la Theologie morale, mais pendant un an seulement. Il fit les quatre Voeux l'an 1620. *passa Docteur de la Faculté d'Ingolstadt, fût Recteur du College de Dilling. Il mourut le* 10. *jour d'Avril de l'an* 1651. Similiter *Nostri* meminerunt *Henning.* WITTE in *Diario biographico: Lexicon magnum Lipsiense T. XXXIX, p.* 1827. & *Nicol. Hieron.* GUNDLINGIUS in *Historie der Gelehrtheit, Tom. III. p.* 3816. qui eundem *inter celebriores Saeculi XVII. Scriptores* annumerare non dubitavit. Neque *Georgii* nomen penitus siluit *Dan. Georg.* MORHOFIUS, sed ejus Opus *de bono & malo Syllogismo* in transitu sibi commendandum censuit in *Polyhistore* suo, *Tom. II. p.* 478. Idem MORHOFIUS *l. c. p.* 280. Opus *Nostri, de Monstris & Monstrosis*, laudat; eui illud *Carolo*, fratri *Georgii* nostri, falso tribuat: quod corrigas velim, Lector! Hinc meritissimo jure *Noster* in *Jo. Christoph.* WENDLERI *Differt. II. de Meritis Reipubl. Augustanae in Rem litterar.* una cum fratre *Carolo* nominatim laudari meruisset; cum uterque & varietate & multitudine & excellentiaLibrorum editorum maximum sibi nomen fecerit. Mirum profecto, WENDLERUM, qui in recensendis Theologis Augustanis, partis acatholicae, valde longus est, in partis catholicae Theologis nominandis tam brevem ac jejunum esse voluisse.

Eruditorum de STENGELIO judiciis expositis, non ineptum erit, de ambitu doctrinae, quam sibi is indefessa sollertia comparavit, pauca dicere. Sicubi subsequentem *Operum* a *Nostro* conscriptorum *Catalogum* accuratius exploro, plane affirmandum mihi esse sentio, eum singulari quadam doctrinae copia excelluisse. A *politioris* quidem *litteraturae* cognitione instructissimum fuisse, tum Carmina, Orationesque, quae ab eo extant: tum vero istud maxime

xime declarat, quod, si quæ illo tempore vel gratulatoria, vel eucharistica, vel funebria *Collegiorum Societatis*, aliorumve nomine scribenda occurrerant, *Nostri* ut plurimum opera in id operis & expetita fuerit, & adhibita cum applausu. Quantum in *Philosophia* valuerit, tum gestum cum laude plurium annorum spatio Professoris munus, tum editæ Lucubrationes, præcipue vero Liber *de bono & malo Syllogismo* ostendit, quem avide exceptum, & lectitatum multa cum approbatione fuisse, sæpius variisque in locis repetitæ editiones luculenter probant. *Theologiæ* autem omnis, & *moralis* scilicet, & *scholasticæ*, & *polemicæ*, scientissimum fuisse, edita magno numero Opera testantur. *Philologum* denique & *historiæ veteris* universæ peritissimum deprehendet omnis, qui ejus Lucubrationes evolvere voluerit. Ista profecto doctrinæ copia fecisse videtur, ut maximi nominis, doctrinæque omnino eximiæ Vir *Jacobus* GRETSERUS, morti proximus, eruditissima *Adversaria* sua nulli alii, quam *Nostro* commendanda tradendaque censuerit, quo, STENGELII opera, producerentur in lucem, & Auctoris, partam in vita, scientiæ famam etiam post suprema ejus fata augere non cessarent. Cumque parem doctrinæ opinionem fratri frater *Carolus* STENGELIUS habere non dubitarit, uti superius in §o. *Carol.* STENGELIUS, p. 167. dictum est, quis eandem tribuere *Georgio* nostro, post duorum horum, (vere magnorum Virorum) consentientia judicia, detrectabit?

Et quoniam ad ipsa *Nostri* Opera sæpius paulo ante provocavi, jam & tempus & ratio ipsa exigunt, ut ad ingenii fætus, quos STENGELIUS Posteris reliquit, & quibus vel nomen suum præfixit, vel gravibus de caussis, aut quod ea *Collegiorum Soc. Jesu* nomine scripsisset, subtraxit, enarrandos transeam. Sunt autem sequentes: 1. *Car-*

1. *Carmen epicum pro Roberto Cardinale contra ejus impugnatores. Ingolstadii.* 1605.

2. *Epicum de S. Cruce.* in 4to. *Ingolstadii.* 1606.

3. *Satyra in scientiarum contemptorem* LUTHERUM. *Ingolstadii.* 1606.

4. *Carmen eucharisticum de Familia Austriaca.* in 4to. *Oeniponti.* 1606.

5. *Donarium Scipioni Marchioni Gonzagæ.* in 4to. *Ingolstadii.* 1606.

6. *Funebria RRmo. & Illmo. Principi ac Domino D. Jacobo Christophoro Blarero a Wartensee, Ecclesiæ Basileensis Episcopo &c. &c. Collegii Societatis Jesu Bruntruti Fundatori munificentissimo gratæ memoriæ, debitique officii ergo scripta & persoluta.* in 4to. *Friburgi Aventicorum.* 1608.

7. *Triumphus veritatis.* in 4to. *Friburgi Helvetiorum.* 1609.

De his *septem* Opusculis tacito nomine a Nostro editis videri etiam poterit PLACIUS in *Theatro Anonym.* 1660. α. β. γ. δ. ε. ζ. η.

8. *Anti - Tortor Bellarminianus Joann. Gordonius Scotus, Pseudo - Decanus & Capellanus Calvinisticus, nuper in Germaniam hirsuto & hispido capillo delatus, nunc sine pectine quidem, sed satis eleganter tonsus ac pexus, & jucundi spectaculi ergo ad SSmum. magnæ Britanniæ regem Jacobum remissus.* in 4to. *Ingolstadii.* 1611. Præcedit Dedicatio versibus scripta ad *Jacobum* regem. Præfatio caussam & occasionem Libelli *scribendi* pandit, de quo fuse agit *Adrianus* BAILLET (*h*). Aliam Editionem *ibidem* 1612. in 8vo. impressam laudat *Phil.* ALLEGAMBE *l. c.*

9. *Ocelli*

(*h*) In Libro: *Jugemens des Scavans &c. Tom. VI. P. I. pag.* 427. ubi sequentia narrat: „ Vous saurés, que „ le Cardinal BELLARMIN se trouvant engagé d'écrire „ contre

9. *Ocelli Justitiæ poëtice descripti.* in 16o. *Friburgi Helveticrum.* 1612.

10. *Galliambus de Peregrinatione Hierosolymitana.* in 4to. *Friburgi Helvetiorum.* 1613.

De

„ contre le Roi de la Grand-Bretagne, & voulant en même-tems garder la bienféance avec les égards, qui etoient dûs à une Majesté, crût, qu' il feroit plus respectueux de ne point parôitre à la tète de son Ouvrage. Il emprunta le nom de son Chapelain ou son Aumônier, qui, n' ayant point de rang dans le monde, pouvoit agir, & paroitre sans consequence & sans ménagemens, Ce Chapelain s' apelloit *Matthæus* TORTUS en Latin, & nos Ecrivains François se sont contentés de l' appeller *Matthieu le* TORTU. Mais les Anglois y ont entendu d' autres finesses. L' Eveque d' *Ely* entre les autres (c' étoit *Lancelot* ANDREW, qui portoit ordinairement la qualité de Chapelain du Roi de la Grand-Bretagne) porta son raffinement jusques à vouloir jouer sur le nom de TORTUS, qu' il savoit bien, n' être que le masque de *Bellarmin*, & il intitula sa réponse au Livre de ce Cardinal *Tortura Torti*: Titre qui ne vaut guére mieux qu' un *Anti-Tortus.* Si *Tortus* suppose *Tortura*, on ne peut pas nier, que *Tortura* ne suppose aussi *Tortor*, comme *Censura* suppose *Censor.* " Hactenus BAILLET, & recte quidem : qui, cum in sequentibus, quæ affert, multum erret, satius erit *Stengelium* ipsum audire. Ait itaque in Præfatione: *Notum est... quas quibusdam Libellis suis... turbas dederit SSmus. Britanniæ Rex* JACOBUS. *Accurrit ad commune incendium exstinguendum Card.* BELLARMINUS... *sub sui familiaris Matthæi* TORTI *nomine. Prodiit non multo post Tortura, hoc est Tortor* TORTI, *quem Tortorem Martinus* BECANUS *& Andreas* EUDÆMON *Joannes ex Societate Jesu Theologi torturæ subditum ita exceperunt, ut ad torquendum* TORTUM *tam cito fortassis in medium amplius non sit processurus. Post quem prorepsit... quidam Joannes* GORDONIUS *Scotus.. evulgato... Opusculo hac inscriptione*: Antitortobellarminus, seu Refutatio calumniarum, mendaciorum & imposturarum Laico-Cardinalis Bellarmini &c. &c. *Nunc Antitortorem istum non torqueamus, sed tondeamus...*

De hoc & præcedenti adiri poterit PLACIUS *l. c.* 1660. ϑ. ι.

11. *Theses ex omnibus partibus Summæ S. Thomæ propositæ a Georg.* STENGELIO *Soc. Jesu. Ingolstadii.* 1614. *Harum nullam mentionem facere Phil.* ALLEGAMBE in *Biblioth. Script. Soc. Jesu*, miror magnopere. Memorat eas *Elias* EHINGER in *Catal. Biblioth. Augustanæ*, p. 774.

12. *Helicon christiano jure esse jussus, RRmo. & Illmo. D. Joanni Christophoro Eystadianæ Ecclesiæ Episcopo &c. candidi auspicii ergo dedicatus a Collegio Societatis Jesu, Ingolstadii, anno Christi MDCXIII. in* 4o. De hoc, uti & sequenti consuli poterit PLACIUS *l. c.* 1660. ϰ. λ.

13. *Elegidion Episcopo & Capitulo Augustano. MDCXVI.*

14. *Tractatus de bonis Artibus. in* 4o. *Dillingæ.* 1616. V. PLACII *Theatr. Anonym.* 1280. α.

15. *Peripateticæ & Philosophicæ Doctrinæ Comparatio. in* 4to. *Dillingæ.* 1617. V. PLACIUM *l. c.* 1302. γ.

16. *Castigatio philosophica malarum Artium. in* 4to. *Dillingæ.* 1617. V. PLACIUM *l. c.* 1280. β.

17. *Bonorum quorundam Naturæ Effectuum declaratio. in* 4to. *Dillingæ.* 1617. V. PLACIUM. *l. c.* 1302. β.

18. *Judicium de arcanis Naturæ Defectibus. in* 4to. *Dillingæ.* 1617. V. PLACIUM *l. c.* 1302. α.

19. *Libellus de bono & malo Syllogismo. in* 12o. *Monachii.* 1618. *Apud Nicol. Henricum formis denuo subjectus.* Idem Libellus *tertio & cum novo augmento formis subjectus, in* 12o. *Partes II. Ingolstadii. Apud Wilhelm. Ederum.* 1623. Dedicatio a Nostro

ſtro ad *Henricum* Comitem *in* HELFENSTEIN juvenem ſcripta eſt. Aliæ Editiones hujus Libelli ſunt (teſte *Mart.* LIPENIO in *Biblioth. philoſ. p.* 1447.) item *Erſurtenſis*, annorum 1623. & 1650. in 12o. & anni 1648. in 24o. *Lipſienſis*, annorum 1662. & 1664. in 24o.

20. *Flores ſparſi ſuper tumulum D. Stanislai Zborouſki. in* 16o. *Ingolſtadii.* 1619. V. PLACIUM *l. c.* 1660. *μ.*

21. *Exegeſis ſuper Sacramenti Mariani Formula, qua ſe ii, qui in Sodalitatem Annuntiatam recipiuntur, .. obſtringunt. in* 12o. *Ingolſtadii. Typis Gregorii Hænlini.* 1620. Confer *Vincent.* PLACII *Theatr. Anonym.* 794. *ι.* ubi *Liber ſuperſtitionis papalis plenus* male vocatur.

22. *Templum honoris Jo. Chriſtophoro Eichſtettenſi Epiſcopo erectum.* in 4to. *Ingolſtadii. Typis Hænlini.* 1620.

23. *Epomis ſacra Juſtitiæ. Ingolſtadii.* 1620.

24. *Rete catholicum.* in 4to. *Ingolſtadii.* 1622.

25. *Catholiſches Fiſch - Netz vertheidigt wider Jacob* REIHING (*i*) in 4to. *Ingolſtadt.* Vide LIPENII *Bibl. theol. Tom. II. p.* 670. ubi error irrepſiſſe videtur, legendumque *anno* 1622.

26. *Diſſertatio de Laqueis pontificiis nomine, re lutheranis, quos irato Deo miſere illaqueatus Jacob.* REIHING *texuit: Georgius* STENGELIUS *Auguſtanus, Soc. Jeſu, S. Theologiæ Doctor, ejusdemque in .. Ingolſtadiana Academia Profeſſor retexuit. in* 4to. *Ingolſtadii.* 1622. *Editio altera.* Dicavit hoc Opus

(*i*) Eſt is *Jacobus* REIHING *Auguſtanus*, e gente Patritia ortus, poſtea *Societati Jeſu* adſcriptus, demum & fidei catholicæ & Societatis defertor, de quo alibi dicendi ccaſio dabitur.

pus *Noster Wolfg. Wilhelmo*, Comiti Palatino *Rheni* &c.

27. *Vermeint - Pähbstische , eigentlich - Lutherische Fallstricke des armseligen ... übel verstrickten Manns Jacob* REIHING *Augustani. in* 4to. *Ingolstadt.* 1622. Opus dicatum SSmæ. *Magdalenæ* Comitissæ Palatinæ *Rheni*, Ducissæ *Bavariæ &c.*

28. *Valetudinarium Musis novis & XXII. Poëtis vetulis, frigidis, nudis, edentulis, claudis, Hymenæum Jacobi* REIHINGI .. *celebrantibus erectum. in* 4to. & *in* 12o. *Ingolstadii & Dillingæ.* 1622.

29. *Aesculapius Cunradi* CELLARII, *sive Pars II. Valetudinarii poetici Musis novis &c. &c. erecti .. nunc insigniter locupletati & dilatati de Cunradi* CELLARII *tonstrina, Apollinis fisco addicta. in* 4to. *Ingolstadii.* 1622. De hoc & præcedenti Opusculo vide, si lubet, PLACII *Theatr. Anonym.* 1586. α. β. Ambo *prorsus docta & lepida* esse, monet *Phil.* ALLEGAMBE in *Biblioth. Script. S. J.*

30. *Triclinium nuptiale Jacobo* REIHINGO *novo nuptiatori a tribus SS. Patribus Basilio, Chrysostomo & Ambrosio celebratum, cum tribus epicytharismatis Davidis, Augustini & Cypriani. in* 4to. *Ingolstadii.* 1622.

31. *Secunda Revocatio Jacobi* REIHING *ad aram veritatis revocata & in hostiæ vicem mactata. in* 4to. *Ingolstadii.* 1622. *Latine*, & *Germanice.* Opus dedicatum *Joanni Godefrido*, Episc. *Bambergensi* & *Wirceburgensi.*

32. *Gloriæ bellicæ SSmi. Maximiliani Ducis Bavariæ Libri XX.* nomine Academiæ Ingolstadiensis scripti. *in* fol. *Ingolstadii.* 1623.

33. *Scientia & Inscitia in trutina justitiæ appensa & D. Arnoldo de* RATH *Geldro - Bomellano, cum in ..*

Ingolstadiana Academia 6. Calend. Octobr... J. V. Doctor crearetur ... consecrata. in 4to. *Ingolstadii.* 1623.

34. *Nova S. Scripturæ Tinea , hoc est : Jacobus* REIHING *Araneorum parens , divini verbi populator , suis e latebris excussus , in* 4to. *Ingolstadii.* 1624. Opus dicatum *Joanni Christophoro* Episcopo *Eichstettensi.*

35. *Litteræ annuæ Japoniæ , anni* 1624. in 8vo. *Dillingæ.* 1628. Ex Italico versæ in linguam Latinam.

36. *Scarabæus , hoc est : Jacobus* REIHING , *Araneorum parens , qui , de Justificatione hæretice docens , suopte testimonio & reipsa immundus .. ostenditur. in* 4to. *Ingolstadii.* 1625. Nuncupavit *Noster* hanc Lucubrationem *Henrico* Episcopo *Augustano* , cujus beneficentiam totius,quo *Dillingæ* Philosophiam docuit , triennii spatio sibi impensam prædicat.

37. *De Natura & Proprietatibus Angelorum Dissertatio , defendente Thoma* RINGMAYR *Ord. S. Bened. Professo in Wessobrun. in* 4to. *Ingolstadii.* 1625.

38. *De Merito & Præmio Angelorum Dissertatio , defendente Georg. Ludov.* ADAM *Herriedensi. in* 4to. *Ingolstadii.* 1626.

39. *De Peccato & Supplicio Angelorum Dissertatio , defendente Simone* FYRBAS *Ord. S. Bened. Professo in Scheiren. in* 4to. *Ingolstadii.* 1626.

40. *Divi Eystettenses:* WILIBALDUS,WUNIBALDUS, SOLA,WALBURGA,*sermonibus aliquot e manuscripto veteri Codice petitis,laudati. in* 4to. *Ingolstadii.*1625.Dedicatio scripta est ad *Joannem Christophorum* Episcopum *Eichstettensem* , in qua *Noster* , se *ad pios hos & laboriosos , ceterum simplici candidoque stilo scriptos sermones , e , manu haud legibili scripto, Codice Monasterii*

nasterii Rebdorfensis expediendos , *rogatu Jacobi* GRETSERI , qui *moriens* id flagitasset , *accessisse* monet.

41. *Honorarium Hæreticorum. in* 4to. *Ingolstadii.* 1627.

42. *Libri duo de duobus Apostatis* : *sive duæ Paræneses* , *in quarum I. exemplo Luciferi & malorum angelorum* ; *in II. dictis factisque Jacobi* REIHINGI, *Theodori* THUMII , *aliorumque Prædicantium aut Apostatarum ostenditur* : *Quam sit miserum* , *a Deo & Veritate recedere* ? *in* 4to. *Ingolstadii.* 1627. Opus dicatum a *Nostro Jo. Ludovico* ab ULM Baroni in *Erbach* , S. R. I. Procancellario &c.

43. *Rerum variarum Libri III. posthumi* , *quos ex Adversariis Jac.* GRETSERI *S. J. Theologi Georg.* STENGELIUS *ejusdem Societ. Jesu Theologus selegit. in* 8vo. *Ingolstadii.* 1628. In Dedicatione ad *Leonem* MENZELIUM SS. Theol. Doctorem, & Univers. Ingolstad. Procancellarium (*k*) *Noster* ait : GRETSERUM morientem , quæ paraverat , Adversaria tradidisse sibi , se eadem posteritati typi ope traditurum ; quod & præstitit : prout ex dicendis patebit.

44. *Labyrinthi ab Aegyptiis positi Laudes cum mundi a Deo conditi encomiis expensæ. in* 8vo. *Ingolstadii.* 1628. Dicatum Opus *Wernero Tserclaes* , Comiti *de* TILLY &c. &c. epistola in illius Herois laudes excurrente. In præfatione ait : se triplex Opus moliri , scilicet *Labyrinthi laudes* , *Labyrinthi fraudes* , *Labyrinthi duces*.

45. *Labyrinth oder Irrgarten* , *das ist* : *Vergleichung des alten Labyrinth mit dieser von Gott er-* N 3 *schaf-*

(*k*) In *Leonis* MENZELII laudem complura narrat *Jo. Nep.* MEDERER , in *Annal. Academ. Ingolstad.*

ſchaffenen Welt. in 8vo. *Ingolſtadt.* 1629. Liber ex Latino *Noſtri* germanice converſus a *Coſma* SALHAUSER Soc. Jeſu, *Franciſcæ Barbaræ* Comitiſſæ *de Tylly* dicatus.

46. *Judex & Dux Hæreticorum hujus temporis, quem ex Adverſariis Jac.* GRETSERI.. *Georgius* STENGELIUS ... *in lucem protraxit. in* 8vo. *Ingolſtadii.* 1629. Opus dicatum *Joachimo* DENICHIO in *Erlau*, J. V. Doct. &c. &c. cujus laudes, uti & filiorum ejus *Caſparis* ac *Sebaſtiani* celebrantur (*l*).

47. *Libri V. de Feſto Nativitatis & Epiphaniæ Domini, quos ex Adverſariis Jac.* GRETSERI... *Georgius* STENGELIUS *concinnavit. in* 8vo. *Ingolſtadii.* 1629. Dedicatio ad Sodales Congregationis majoris academicæ ſcripta eſt.

48. *Tractatus de divinorum Judiciorum, ac præcipue quibus hunc mundum regit Deus, varietate, juſtitia, & æquitate.* Ita habet *Philipp.* ALLEGAMBE in *Bibl. Script. Soc. Jeſu, p.* 159. quin annum & locum impreſſionis addat: Ob eam cauſſam adducor, ut credam, ALLEGAMBIUM hæc narrantem indigitare voluiſſe Lucubrationes *Noſtri*, *no.* 64. 65. 66. 67. 69. 70. 71. 75. 76. 77. a me memorandas, ſubin in unum *Opus de Judiciis divinis* (V. *no.* 78.) congeſtas.

49. *De Natura Theologiæ Diſputatio, defendente Georg.* REISMILLER *SS. Theol. Licent. RR. & Ill. P. Joann. Chriſtophori Epiſc. Eichſtettenſis aulico Eccleſiaſte & ad S. Wilibaldum Canonico. in* 4to. *Ingolſtadii.* 1629.

50. *De Scientia Dei Diſputatio, defendente Joanne* KELLER *SS. Theol. Licentiato & Parocho Hochenriedenſi. in* 4to. *Ingolſtad.* 1629.

51. *De*

(*l*) De *Joachimo* DENICHIO ejusque filiis vide *J. N.* MEDERER, loco mox citato.

51. *De Providentia Numinis Disputatio, defendente Balthas.* PITTINGER *Monacensi SS. Theol. Licent. in* 4to. *Ingolstadii.* 1629.

52. *De Prædestinatione Justorum & Reprobatione Malorum Disputatio, defendente Joanne Adamo* PRUNNER *Dietfurdensi SS. Theol. Licentiato, Parocho in Siesbach. in* 4to. *Ingolstadii.* 1629.

53. *De Statu Viatoris & Comprehensoris Disputatio, defendente Jacobo* VERSCHL *SS. Theol. Licentiato, Parocho Deggendorfensi. in* 4to. *Ingolstad.* 1629.

54. *De divinis & humanis Legibus Disputatio, defendente Ratholdo* MORSTEIN *Rathodicellensi Acroniano, SS. Theolog. Licentiato. in* 4to. *Ingolstad.* 1629.

55. *De Dispensatione & Privilegiis Disputatio, defendente Matthia* ALT *Dachaviensi SS. Theol. Licentiato, Parocho Pfaffenhofensi. in* 4to. *Ingolstad.* 1629.

56. *Labyrinthi ab Aegyptiis structi Fraudes cum Mundi a diabolo seducti periculis collatæ. in* 8vo. *Ingolstadii.* 1630. *Pars I.* in qua *de Caussis periculorum* differit Auctor, promittens, se *Parte II. Effectus periculorum* enarraturum. Sed hæc in vulgus non exiit. Dedicatio *Partis I.* scripta ad Jo. Ernestum *Fuggerum* Comitem in *Kirchberg &c.* Sequitur Carmen propempticum *Francisci de* MONTMORENCY Soc. Jesu in laudem Libri.

57. *Parænesis de Ruina Luciferi, ceterorumque angelorum. in* 12o. 1630. *Ingolstadii.* Dicatus Liber *Michaeli* Altersspacensi Abbati. Est *prima Pars* Lucrubrationis superius *no.* 42. memoratæ.

58. *Paralipomena Jacobi* GRETSERI, *S. J. Theologi, ex ejusdem Notis & Adversariis eruta.* Partes II. *in* 8vo. *Monachii.* 1633. Apud Melch. *Segen.* Dicatæ sunt *Stephano* Abbati *Schyrensi*, Ord. S. Bened.

59. *Ova paſchalia ſacro emblemate inſcripta & deſcripta. in* 8vo. *Monachii.* 1634. *Cum figuris* 100. Dicata Regi *Ferdinando III.* Archiduci *Auſtriæ &c. &c.*

60. *Vis & Virtus Exemplorum, hoc eſt: Solatia & Documenta, hæc moribus, illa temporibus noſtris adhibita. in* 8o. *Ingolſtadii.* 1634. Opus hoc *Noſter* dedicavit *Paridi* Archiepiſc. *Salisburgenſi* &c. in teſtimonium grati de beneficiis, quæ tum ipſe, tum alii Societatis Jeſu alumni ob belli Suecici tumultum exulantes ab hoc Præſule acceperant, animi. *Germanice* prodiit *Ingolſtadii.* 1650. in 8vo. a *Noſtro* dicatum *Mariæ Annæ* ex Archiducibus *Auſtriæ*, Electrici *Bavariæ*.

61. *Strena Piorum, ſeu Incitationes ad SS. Jeſu nomen amandum, venerandum, invocandum. in* 16o. *Monachii.* 1637. Idem Opus a fratre *Georgii* noſtri, *Carolo* STENGELIO Abbate *Anhuſano* germanice verſum prodiit *Monachii.* in 8vo. 1638. uti ſuperiori paragrapho (*Car.* STENGELIUS) ad finem monere me memini. Alia Editio germanica, vulgata *Auguſtæ*, 1720.

62. *Aegyptiſcher Labyrinth, oder geiſtlicher Irrgarten der betrüglichen Welt.* in 8o. *Dilingen.* 1641. Videtur eſſe Verſio Libri: *Labyrinthi.. Fraudes &c.*

63. *Utopia.* Partus alienus & poſthumus, a *Noſtro* editus & *Sigiſmundo Franciſco* Archiduci *Auſtriæ*, *Epiſcopatus Auguſtani poſtulato Succeſſori* dicatus.

64. *Mundus, & Mundi Partes, divinæ bonitatis ac juſtitiæ præcones. in* 8vo. *Ingolſtadii.* 1645. Dedicatio *Noſtri* data eſt ad *Albertum* Abbatem *S. Petri Salisburgi*, in gratiarum actionem de inſigni charitate & beneficentia prorſus illuſtri, tum ſibi, tum

tum fratri suo *Carolo*, impensa : *quam* (ut ait *Noster*) *tot jam annis, usque ad hunc diem, in absentem continuas, & humanissimis litteris litteras meas fovens, & munificentissimis donis Musas meas alens.*

65. *Sapientissima Dei mundum regentis Gubernatio, ex qua pendent, quæ vulgo in Casu, Fortuna, Fato esse dicuntur. in* 8vo. *Ingolstadii.* 1645. Opus a *Nostro* inscriptum serenissimo nomini *Ferdinandi Caroli* Archiducis *Austriæ &c. &c. veteris promissi* (ut ait) *debitique* exsolvendi ergo.

66. *Sortes, quibus, ne temere cadant, temperandis : vel, si temere ducuntur, castigandis divini Judicii æquitas semper adest. in* 8vo. *Ingolstadii.* 1645. Opus hoc suum *Noster* dicavit *Sigismundo Francisco* Archiduci *Austriæ* &c. cum prius ei, *tanquam Augustani Episcopatus postulato Successori Opus alienum:* UTOPIAM, dedicasset.

67. *Spes & Fiducia, curis judiciisque Dei erga homines in hac vita existentes firmata. in* 8o. *Ingolstadii.* 1645. Opus sacratum *Marquardo* Episcopo *Eichstettensi.*

68. *Gazophylacium sacrarum Cogitationum in Festis totius anni, a Carolo* STENGELIO *Ord. S. Benedicti Abbate Anhusano conceptum*, *Nostri* autem cura editum. *in* 12o. *Ingolstadii.* 1645. Vide, si lubet, superiorem paragraphum : STENGELIUS (*Carolus*) inter *Latina*, *no.* 31.

69. *Matrimonia fausta & infausta, divinæ Providentiæ justitiam ac bonitatem commendantia. in* 8vo. *Ingolstadii.* 1646. Dicavit *Noster* D. Dominico *Tschudi* Abbati *Murensi*, suo olim discipulo, quem annó 1617. philosophici Doctoratus pileo pronissimo affectu ornarat.

70. *De Monstris & Monstrosis, quam mirabilis, bonus, & justus in mundo administrando sit Deus, monstrantibus. in* 8o. *Ingolstadii.* 1647. Lucubrationem hanc *Noster* sacram esse voluit *Maximiliano Henrico* Duci *Bavariæ*, Coadjutori *Coloniensi* &c.

71. *Croesus & Codrus, hoc est: Copiæ & Inopiæ damna vel lucra a bono justoque mundi gubernatore Deo distributa... In Spoliatorum solatium, & Spoliantium documentum. in* 8vo. *Ingolstadii.* 1648. Nuncupatum Opus *Hermanno Jacobo* S. R. I. Comiti ab *Atthembs* &c.

72. *Exempla iræ divinæ per Pœnitentiæ opera nobis leniendæ. in* 8vo. *Ingolstadii.* 1648.

73. *Exempla in VII. Vitiorum capitalium detestationem per Quadragesimam anno* 1646. *narrata. in* 8o. *Ingolstadii.* 1649. Dicata Jo. Rudolph. de *Rechberg* &c. Præposito cathedralis Eccles. *Augustanæ.*

74. *Exempla. Libri III. in* 4to. *Ingolstadii.* 1650. V. *Mart.* LIPENII *Bibl. philos. p.* 494. & *C. G.* JOECHERI *Gelehrten-Lexicon.*

75. *De Honore dignis vel indignis juste vel injuste* (*Deo semper justissimo*) *dato, negato, violato. in* 8o. *Ingolstadii.* 1650. Dicavit *Noster* hanc suam opellam *Francisco Guilielmo*, Episcopo *Osnabrugensi*, *Mindensi*, *Verdensi*, *Ratisponensi*, cujus, adhuc adolescentis, pietatem doctrinamque in Academia *Ingolstadiana* suspicere coeperat.

76. *Talio, sive metiens & remetiens Mensura, qua ostenditur, hominibus tam beneficis quam maleficis plerumque pari calculo sua opera compensari. in* 8o. *Ingolstadii.* 1650. Dedicatio scripta ad *Vitum Adamum* Episc. *Frisingensem.*

77. *Cibus esurientium, hoc est: Aequitas & Justitia Dei homines punientis, quando fames est. in* 8o. *Ingol-*

Ingolſtadii. 1650. Inſcriptum Opus Jo. Georg. Baroni *de* BUECH &c. Decano *Friſingenſis* Eccleſiæ cathedralis.

78. *Opus de Judiciis divinis, quæ Deus in hoc mundo exercet, conſcriptum & diviſum in IV. Tomos. Acceſſit Index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & feſtos, ab ipſo Auctore confectus. in 4to. Volumina IV. Ingolſtadii.* 1651. Opus poſthumum, nomine Collegii Societatis Jeſu *Ingolſtadiani* dicatum *Ferdinando III.* Romanorum Imperatori, ſequentibus inter alia verbis: „ Hiſce modis pa- „ rata ac reparata regna Auſtriacorum, ut apud „ eosdem perennent, precatur modo e cælo *Georg.* „ STENGELIUS ... *Majeſtati veſtræ quondam ab ore* „ *& calamo notus.* Quatuor ille Tomos *de Judiciis* „ *divinis* .. dum Majeſtati veſtræ molitur inſcribe- „ re .. tempus vitæ elabitur Auctori... Quod igi- „ tur illi mors intercepit officium, illud nos ut oc- „ cupemus, par eſt, qui voluntatis ultimæ tam ob- „ ſequioſæ executores ut ſimus, multa nos mo- „ vent " ...

De cætero conſtat hoc *Opus* ex prius a *Noſtro* ſeparatim editis, jam recuſis junctimque impreſſis Libellis: *Spes & Fiducia. Sapientiſſima Dei mundum regentis Gubernatio. Sortes. Mundus & Mundi partes. Matrimonia fauſta & infauſta. De Monſtris & Monſtroſis. Croeſus & Codrus. De honore dignis &c. Talio. Cibus eſurientium.* His addidit plurima *de Bello, Belli malis &c. De Morbis, Morborumque cauſſis &c. De Mortis memoria, cauſſis, diverſitate. De bona & mala Sepultura.* Aliæ Editiones hujus Operis ſunt *Colonienſis.* 1681. in *folio, Latine. Germanice* verſum prodiit *Auguſtæ*, aut (ſi mavis) *Dillingæ*, in *folio.* 1712. in 4. Tomis.

79. *De*

79. *De Deo Israelitarum Medico.* Hoc *Noſtro* tribuit *C. G.* JOECHERUS in *Gelehrten - Lexicon.*

80. *Declina a malo & fac bonum.* in 12°. *Ingolſtadii.* 1642. Hoc *Noſtro* adſcribit *C. G.* JOECHERUS in *Gelehrten - Lexicon. Mart.* LIPENIUS in *Biblioth. Theol. T. II. p.* 498. *Carolo* STENGELIO, ſed haud dubie, falſo attribuit. *Theophilus* GEORGII in *Lexico Librorum* noſtri *Georgii* eſſe indicat, ponitque editionem quandam *Colonienſem* anni 1704. Inter *Noſtri* Opera recenſet etiam, ex *Nathanaele* SOTVELLO, *magnum Lexicon Lipſienſe. T. XXXIX. p.* 1830.

81. Index concionatorius in omnes totius anni dies dominicos & feſtos. in 4to. *Ingolſtadii.* 1651. Ita *Mart.* LIPENIUS in *Bibl. Theol. p.* 650. Nullus dubito, quin hic ſit *Index* ille *concionatorius* ſuperius *no.* 78. allegatus, fors ob eam cauſſam ſeorſim vulgatus, ut, qui Libellos mox citato *no.* 78. laudatos, ſeparatimque prius editos poſſidebant, iisdem ad formandos Sermones ſacros uti commodius poſſent.

Præter memorata Opera, quæ lucem viderunt, alia in promptu habuiſſe *Noſtrum*, tradit *Philippus* ALLEGAMBE in *Biblioth. Script. S. J. p.* 159. ſed nullum illorum vulgatum eſſe, credibile fit.

1. *De Sacramentis in genere & ſpecie, ad Conſcientiam dirigendam, Libri II.*

2. *De Reformatione Hæreticorum.*

3. SCALIGER *emendatus.*

4. *Serpens explicatus contra Georgium* ZEAEMERUM *pro Domo Lauretana.*

5. *Politica* ARISTOTELIS *ſacris profaniſque Hiſtoriis illuſtrata.*

6. *De Fraudibus Labyrinthi, ſeu de Multitudine Damnandorum.* Proceul omni dubio eſt hæc *Pars II.*

Libri:

Libri : *Labyrinthi Frandes* ; superius no. 56. recensiti.

7. *De Ducibus Labyrinthi* , *seu de Patrocinio Sanctorum.*

8. *De triplici Castitate. De Sirenibus* , *seu bona & mala Voluptate.*

9. *Pavor* (Lege : *Pavo*) *seu de Superbia & Superbo.*

10. *Lucifer, seu de superbia Angelorum.*

11. *Adamus Deus* , *seu de Superbia primorum parentum.*

12. *Cainus* , *seu de Invidia & Homicidio ex superbia oriundis.*

13. *Turris Babel, seu de Superbia ædificiorum* : & Libros alios *de Superbia.*

14. *De Figuris supremum Judicii diem repræsentantibus*

15. *De Signis præcedentibus* : *De Judicii die* : *De Inferno* : *De Cœlo.*

16. *De Judæ proditoris variis peccatis* : *De beata Virgine cum Christo patiente.*

17. *Ecclesiastes seu Concionator instructus.*

18. *Notarius seu de modo notandi* , *quæ leguntur.*

19. *Materiam in omnia Evangelia totius anni.* Mihi videtur idem esse cum *Indice concionatorio*, de quo no. 78. & 81. sermo ingestus est.

Hactenus ALLEGAMBE. Extant autem a *Nostro* insuper

20. *Epistolæ plurimæ* ad *Carolum* STENGELIUM fratrem suum , in ea *Collectione* , 3. Voluminibus comprehensa , de qua satis dixi in paragrapho : STENGELIUS (*Carolus*) *p.* 146. Has præter, alia

21. *Anecdota* in Bibliotheca *San - Udalricana* , *Augustæ* , olim extitisse monet *Historia litteraria Ord. S. Bened. T. I. p.* 565. his verbis : *Georg.*

STEN-

STENGELII ... *Anecdota quædam haud ſpernenda, in tribus juſtæ molis voluminibus* (*m*) *contenta*, *& alia quamplurima*, *quorum fuſiorem recenſionem anno* 1539. *litteris conſignavit ejus loci* (monaſterii San-Udalricani) *cœnobita Sympertus* FISCHER, *vir doctus.*

Habes, Lector! Vitam *Caroli* & *Georgii* STENGELIORUM, Virorum (puto) in primis dignorum, quibus encomium ſcriberem. Habes item *Catalogum Operum* utriusque, ſummo ſtudio, & qua fieri potuit, diligentia maximam partem ex oculari Librorum ab ambobus editorum inſpectione confectum eo fine, ut quæ ſunt cujusque, eadem ſibi is & habeat: cum prius a pluribus Bibliographis in nomine erratum ſit, modo, quæ *Caroli* ſunt, *Georgio*: viciſſim quæ *Georgii* ſunt, *Carolo* adſcribentibus. Ob hanc ipſam cauſſam fidem poſthac deroga omnibus, quæ in contrarium a quoquam Scriptore allata unquam fuere.

(*m*) Ubi *Hiſtoria litteraria &c.* ait: *in tribus juſtæ molis voluminibus contenta*, ego intelligo *Epiſtolas Noſtri* ad fratrem *Carolum.* Dum vero addit: *& alia quamplurima*, *quorum fuſiorem &c.* neſcio, quid dicam; cum horum nihil hodie extet amplius: immo ne quidem Recenſio a *Symperto* FISCHER conſcripta, ex qua, ſi ſupereſſet, certiora erui poſſent.

THOMAS (*Hieronymus*) rectius *Thomæ.*

Auguſtanus patria (*a*), *Juris utriusque Licentiatus*, *Gieſſæ* civitate *Haſſiæ*, ut credere fas eſt, maximam vitæ partem commoratus. Ab eo inveni Opera ſequentia:

I. *Auſonii Popmæ de differentiis Verborum Libri IV.* Hos edidit *Noſter* adjecto quodam *Auctario*, quod

(*a*) Ita ipſe de ſe in *Titulo* ad SCHARDIUM *redivivum.*

quod nullius momenti esse, *Jo. Christian.* MESSERSCHMIDIUS ait (*b*). Nihilominus hic *Nostri* labor repetitis typis prodiit (*c*).

II. *Titus und Tomyris.* 4o. *Giessen.* 1661. Hanc *Comoediam* versibus germanicis elegantissime conscriptam vidi meis oculis.

III. *Sonn - und Fest - Tags - Andachten.* 8. *Giessen.* 1662. (*d*).

IV. *Disputatio inauguralis de Confessionibus ex Jure civili, criminali, canonico.* 4o. *Giessæ.* 1668. (*e*).

V. *Christiani* LIEBENTHALII *Collegium politicum ab innumeris mendis emendatum.* 8 *Giessæ.* 1668.

VI. *Commentatio de Vi compulsiva.* 4o. *Giessæ.* 1670. (*f*).

VII. SCHARDIUS *redivivus*, *sive Rerum Germanicarum Scriptores varii*, *olim a D. Simone* SCHARDIO *in IV. Tomos collecti*, *diu desiderati. fol. IV. Volumina. Giessæ*, *ex Officina Seileriana*, *Typis Hampelianis.* 1673. Cum *Schardianæ Collectionis* editio *Basileensis* perrara facta esset, multam se abs Eruditis gratiam initurum arbitratus est *Noster*, si novam editionem, typis minutioribus excudendam, curaret. Hanc *Adolpho* ZOBELIO Patritio Augustano, *Andreæ* HUBERO, *Marco* HUBERO, patri ac filio, negotiatoribus primariis, *Raymundo* EGGERO mercatori celeberrimo inscripsit, his inter alia verbis: „ Jam dudum puduit non fecisse, quod omnes coætanei patriæ commilitones. Venerati sunt hacte- „ nus

(*b*) In *Præfatione* ad *Ausonium* POPMAM a se editum.
(*c*) V. *Mart.* LIPENII *Biblioth. philosoph. Tom. I. p.*385.
(*d*) V. *Christ. Gottl.* JOECHER *Gelehrten - Lexicon*, *Tom. IV.*
(*e*, *f*) V. *Mart.* LIPENII *Bibl. jurid. p.* 85. 93. *G. M.* KOENIG *Biblioth.*

„ nus omnes vestrum nomen, virtutem, gloriam, „ vel scripta sua dedicando, vel panegyrica Carmi- „ na conscribendo. Solus ego ex omnibus super- „ sum, qui silentio vestram laudem continui, non „ quod ignota vel esset, vel mihi non videretur „ adoranda.. sed quod dignum quippiam non rep- „ pererim, Vobis inscribendum & dedicandum. „ Non piget tamen fortunæ istius; quandoquidem „ dignitas nobilissimi hujus Scripti resarcire poterit, „ quod mora a me peccatum est. SCHARDIUM vo- „: bis offero.... Opus, fateor, non meum; præ- „ fiscine tamen dixerim, *ita opera mea emenda-* „ *tum, & ad usum accommodatum, ut non verear* „ *Eruditorum subire judicium, utrum ille colligen-* „ *do, an ego renovando Scriptores hos de Germania,* „ *majorem laborem & industriam impenderimus?* " Miror valde, *Burc. Gotth.* STRUVIUM (g), etsi hujus editionis mentionem faciat, editoris tamen, *Thomæ* nostri, ne nomen quidem memorare. Majori laude dignum censuit *Jo. Christoph.* WENDLERUS, qui eum in *Dissert. II. de Merit. Reip. August. &c. p.* 58. *Marquardo* FREHERO junxit his verbis: *Adjungimus huic* (FREHERO) *virum recentiori ætate clarum & vivis jam exemptum Hieron.* THOMAM *Juris Licentiatum. Hic Schardianam Scriptor. Rer. Germanic. Collectionem anno* 1670. (melius 1673.)... *sub titulo*: Schardius redivivus, *curavit recudendam.*

Restant duo, quæ moneam. 1o. Promisit *Noster* in *Præfatione* ad Comoediam superius laudatam: *Titus und Tomyris*, se alium Librum, prosaice scriptum, editurum esse sub titulo: *Der verführte Freyherr, oder der Lasterspiegel*; quod promissum an expleverit, dicere non queo. 2o. Perillustr. *Paulus a* STET-

(g) In *Bibliotheca historica*, 1740. *Tom. I. pag.* 788.

STETTEN *ſenior* (*h*) memorat, ſed exigua cum laude, ſequens Opus MSStum. quod ſe ſervare in ſua bibliotheca ait: *Augſpurgiſche Chronick von Erſchaffung der Welt bis Anno* 1634. *von Hieronymus* THOMAE. *MSS.* 4o. At hujus auctorem forſitan patrem *Noſtri*, aut propinquorum aliquem fuiſſe, auguror.

(*h*) *Geſchichte von Augſpurg*, *Tom. II. in kurzer Nachricht von Scriptoribus Rer. Auguſt.* §. *I.* no. 2.

TRADELIUS (*Georgius*)

Vitam TRADELII, Viri celeberrimi, *Juriſconſultorum Germaniæ, quos ætas illa tulit, omnium eloquentiſſimi*, Conſiliarii Reipublicæ *Auguſtanæ* daturus, quos fidiores, certioresque duces ſequar, quam *Aegidium Sebaſtianum* VOIT *a Berg*, & *Caſparum* TRADELIUM: hunc, filium: illum, generum *Noſtri*, virumque *Theodoræ* TRADELIAE, qui ambo patris, ſocerique amantiſſimi memoriam, editis *Parentalibus* (*a*), æternitati conſecrare adniſi ſunt?

Hos

(*a*) Titulus ſequens eſt: *Parentalia N. & Cl. Viri Georgii* TRADELII, *utriusque Juris Conſultiſſimi*, *Ordinum Sueviæ*, *Auguſtæ Vindelicorum*, *illuſtriſſimæ Fuggerorum Familiæ*, *plurimarumque nobiliſſimarum Partium Advocati*... *variis Carminibus, Epicediis, Epigrammatis & Elogio celebrata*: *ab Aegidio Sebaſtiano* VOIT *a Berg*, *Fuggerano Quæſtore*, *genero*: *& Caſparo* TRADELIO, *filio*, *pietatis ergo edita*. in 4to. *Auguſtæ Vindel. Typis Joannis Prætorii.* 1599. Præfixa eſt Effigies *Noſtri*, a *Dominico* CUSTODE artificioſiſſime æri inſculpta. Aliam Editionem, anno 1616. vulgatam *Auguſtæ*, memorat *Paulus a* STETTEN *ſenior* in *Hiſtorie von Augſpurg*, *Tom. I.* in *Vorbericht von Scriptoribus Rerum Auguſtanar.* §. *II. n.* 41.

Nomina eorum, quorum de *Noſtri* morte carmina in his *Parentalibus* extant, ſunt: *Nicolaus* REUSNERUS; *Aug.* MARIUS *J. C.* Collega & Affinis *Noſtri*; *Lucas* GEITZKHOFLERUS DD. Baronibus *Fuggeris* a conſilis; *Scipio* GEN-

Hos certe ſequi placet, ita tamen ut eorum narrationem variis *Notis* & a me *Obſervatis* interſtinguam.

Georgius TRADELIUS natus (*b*) *Dillingæ*, Epiſcopi *Auguſtani* ad *Danubium* nobili oppido, domeſtico ornamento non caruit: patre in ordine Senatorum iſtius municipii honeſtum locum obtinente, & una cum laudatiſſima conjuge, potius a virtute, quam ab ampliore fortuna gloriam ſibi comparante: ambobus tamen hanc ſibi vel maximam a ſupremo Numine datam felicitatem grato animo lætantibus; quod talem filium genuerint, cujus lumine & ipſi clariores haberentur, & toti ſuæ poſteritati ſplendidiſſimam facem accenſam eſſe cernerent.

Inge-

GENTILIS; *Conradus* RITTERSHUSIUS; *Melchior* KOCH JCtus Francus; *Salomon* FRENCELIUS; *Mich. Leonh.* RESCHINGEDERUS a conſiliis & ſecretis Principis Palatini *Neoburgenſis*; *Chriſtophorus* COLERUS Profeſſor *Altdorfinus*; *David* HOESCHELIUS; *Joannes* ORTELIUS Profeſſor *Lavinganus*; *Michael* VIRDUNGUS; *Michael* FENDIUS *Monh. P. L. Aegid. Sebaſt.* VOIT *a Berg* gener; *Caſpar* TRADELIUS filius, qui *Ecloga* 237. *verſuum*, inſuperque *Epicedio* 96. *verſuum* mortem dulciſſimi parentis, ſtudiorum cauſſa *Aureliani* tum commorans, planxit. Diſcet hinc Lector, quinam fuerint amici *Noſtro*, & quanto in honore apud illos *Noſter* fuerit.

Ceterum ex mox memoratis *Parentalibus*, vitam *Noſtri* dedit *Melchior* ADAMUS, at non ſine mendis: & quin ex *iisdem* monumenta litteraria *Noſtri* accurate enumeraverit. *Freherum* nil moror, qui in *Theatro Eruditorum* ADAMUM verbotenus deſcripſit. *Noſtri* etiam meminit KOENIG in *Bibl. vet. & nov.* Inſuper res ejus geſtas prolixe narravit *Paulus a* STETTEN *junior* in Libro: *Lebens-Beſchreibungen zur Erweckung bürgerlicher Tugend*, *T. I. p.* 197. *ſeqq.* uſus plurimum ſæpius memoratis *Parentalibus*.

(*b*) *Anno Chriſti* 1530. uti ADAMUS habet, nec inepte.

Ingenium pueri, ad maximum decus & famam sempiternam nati, *Caspari* TRADELII patrui, apud Dicasterium *Augustanum* Jurisconsulti, diligens cura suscepit, optimisque magistris apud urbem in utraque facundia liberaliter erudiendum tradidit. Jam tum enitebat in eo præclaræ indolis quædam admiratio. Nam & præceptorum expectationem antevertebat: & docilitatis laude omnes post se relinquens, æqualium venerationem sibi conciliabat: prolixas orationes memoriter, & cum delectabili venustate, pronuntiabat: carminum Vergilianorum integros libros, vix terve quaterve accurate perlectos, sine ulla linguæ hæsitatione, festive, modulato numerorum sono, clauso codice recitabat: quidquid suo Marte contexebat, puerilis judicii captum longe superare videbatur.

Ut primum per ætatem licuit, a patruo isto suo ad describendum causarum civilium libellos, ac formulas adhibitus est; quas ille non solum celeri, & correctissimo calamo in mundiores chartas retulit, sed diversas suopte ingenio, oblatis causis, tam eleganter excogitavit, ut ad forum, & civilium negotiorum amplissimam tractationem, peculiari arridente astro, natus esse judicaretur.

Cum igitur, necdum ephebis exemptus non vulgarem in litteris progressum fecisset, jamque majora concipiens, animum ad divini, & humani juris scientiam consequendam applicuisset, præter patrui sui piam liberalitatem *Augustani* quoque stipendii tenuioris fortunæ adolescentibus, liberalibus sese mancipantibus studiis, destinati subsidio fultus, apud propiores patriæ Academias, legalis disciplinæ jactis feliciter fundamentis una cum generosis quibusdam bonarum artium tyronibus, trans Alpes,

ad florentiſſimum *Patavii* Gymnaſium profectus eſt. Ubi aſſiduis vigiliis, pertinacique ſtudio, & plurima diſſerendi exercitatione, brevi tempore tantum profecit, ut non ſolum publica acclamatione emeritam lauream conſecutus; ſed etiam, ad enarrandum *Juſtiniani* Imperatoris *Inſtitutiones juris civilis*, cathedrali dignitate, ab æquiſſimis alienæ virtutis æſtimatoribus, iſtius celeberrimæ Scholæ primariis Anteceſſoribus honorifice fuerit ornatus (*c*).

Quo ille laudabili munere ultra biennium feliciter functus, magnam ſingularis memoriæ, promptæ eloquentiæ, exacti judicii, ſubtilis abſtruſarum quæſtionum inveſtigationis, dubiarumque acerrimæ diſceptationis & enodationis, denique omnibus numeris abſolutæ doctrinæ laudem atque famam, in eruditiſſimorum hominum iſta clariſſima luce, cum inſigni patriæ honore, poſt ſe reliquit: ut plane mirum non ſit natali ſolo reſtitutum, atque apud *Ingolſta-*

(*c*) Jure itaque ac merito *Nicol. Comn.* PAPADOPOLI in *Hiſtoria Gymnaſii Patavini*, *T. II. p.* 100. inter claros memorati Gymnaſii alumnos locum *Noſtro* dedit, vocans eum *magni nominis & ſingularis eloquentiæ Juriſconſultum*, iterumque *fori militem invictum*. Idem PAPADOPOLI vitam *Noſtri* ex *Melch.* ADAMO breviatim exhibuit : in eo tamen abs ADAMO diſſentit ; „ quod *Noſter* a primariis Aca„ demiæ *Patavinæ* Anteceſſoribus ad enarrandas *Inſtitutio*„ *nes* cathedrali dignitate ornatus fuit. “ *Id quod* (Verba PAPADOPOLII interpono) *non auſim recipere: cum nullus in monumentis noſtris adſit idoneus teſtis, quo* THOMASINI *negligentia*, RICCOBONI *ſilentium reprehendatur. Fortaſſis ex iis fuerit aliquis, qui more vetito ſemper, at & uſurpato ſemper, privato lucro diſcipulos exercendos a Profeſſoribus publicis recipiunt*. Hæc PAPADOPOLIUS, cujus tamen ſolo *argumento negativo* agentis ſententiæ ſubſcribere nolim : cum filius & gener defuncti in *Parentalibus* contrarium diſertis verbis affirment ; niſi dicere placeat : *Parentantes* ſuæ

golſtadienſem (*) Academiam, legitima ducta uxore & ad conſtantem vitæ tenorem familia decenter ſtabilita, a non paucis imperii potentiſſimis Principibus, nobiliſſimis Ordinibus, ac liberis Civitatibus, ut aulis vel tribunalibus ſuis ſeſe adſcriberet, honeſtiſſimis propoſitis conditionibus certatim expetitum fuiſſe. Sed is præclaram *Auguſtæ Vindelicorum* Rempublicam, cui operam ſuam tota vita impenderet, omnibus aliis occaſionibus exercendæ virtutis, maturo animi judicio facile prætulit: vel dulcis patriæ inſito amore accenſus, a qua ſe longius amotum non voluit: vel pulcherrimæ urbis perampla celebritate, & omnium rerum uſibus humanis expetendarum opportuna affluentia pellectus: vel ingenuæ civilitatis, liberiusque vivendi ſtudio, ad id ipſo genio ſuo compellente incitatus.

In hac autem *Conſiliarii*, vel (ut loquendi mos eſt) *Advocati Reipublicæ* honorifica functione, dum cauſas civitatis apud judicia acriter defenderet, lites prudenter definiret, omniaque ad veram juris rationem adhibito æquitatis temperamento revocaret, dum plurimas Legationes, cum primi nominis Senatoribus, ad ſolennes Imperii (**) & provincia-

ſuæ erga mortuum pietati, famæque illius plus juſto aliquidi tribuiſſe. De reliquo idem PAPADOPOLIUS magnopere errat, dum *Noſtrum* Senatorem fuiſſe dicit. Non fuit is *Senator*, ſed in *Senatorum* comitatu ad comitia &c. miſſus.

(*) In *Academia* hac *Noſtrum* docuiſſe, affirmat *Paul.* a STETTEN *junior l. c. p.* 201. Sed *Annales Academiæ Ingolſtadienſ.* a *J. N.* MEDERER editi de hoc altum ſilent: immo *Noſtri* nomen ne afferunt quidem.

(**) Inter alia eum anno 1568. cum *Chryſoſtomo* PEUTINGERO & *Hieronymo* IMHOFIO a Senatu patrio *Monachium* legatum fuiſſe, ut *Wilhelmo* juniori, Bavariæ Duci cum *Renata* Lotharingica nuptias celebranti, fauſta quæque

vincialium Ordinum conventus feliciter obiret, tantam exquiſiti judicii, abſolutæ eloquentiæ, & admirandæ promptitudinis famam aſſecutus eſt, ut ei a *Suevicæ Provinciæ ampliſſimo Senatu*, communia negotia, honeſtiſſimo conſtituto ſalario, commiſſa fuerint; pariterque eum illuſtrium Comitum, & inter hos ſplendidiſſima *Fuggerorum*, Baronum Imperii, familia, cum pleraque Nobilitate, ad cauſarum ſuarum patrocinium ſubinde vocaverint. Unde & nominis celebritas, & opum magnitudo ei accrevit.

Fuit quidem ſecuræ libertatis animorum tota vita amantiſſimus, hujusque ſtrenuus admodum propugnator; jura tamen & authoritatem legitimi Magiſtratus tam invicto mentis robore tutatus ſemper eſt, ut fortunarum & vitæ periculum ſubire maluiſſet, quam ab iſta laudabili conſtantia ſua quicquam recedere; id quod in illa graviſſima, & turbarum plena contentione, ob receptam temporum (*d*) emendatam diſtinctionem, ipſa re & opere teſtatiſſimum

que precaretur, lego apud SCHARDIUM *Script. Rer. german. T. IV. p. 72. b.* Rurſus eundem ad Comitia Imperii, a *Rudolpho II.* anno 1582. *Auguſtæ* habita, a Senatu patrio cum *Conrado Pio* PEUTINGERO deputatum invenio, ut qua Juris Doctores & Syndici Civitatis eisdem intereſſent. Confer *Paul. a* STETTEN *ſenior. Hiſtorie von Augſpurg. T. I. p.* 652. De aliis Legationibus a *Noſtro* obitis, & negotiis *Reipublicæ nomine* præclare ac laudabiliter geſtis conſuli poterit *Paulus a* STETTEN *junior, l. c. p.* 203.

(*d*) Iutellige novum *Calendarium Gregorianum*, ob cujus introductionem in urbe *Auguſta* graviſſimus a Civibus acatholicis tumultus eſt excitatus. *Noſter* concivium ſuorum conatibus acriter obſtitit, juſſaque & auctoritatem Senatus conſtanter defendit. Ea re factum, ut famoſis libellis conviciisque vehementer impeteretur, quæ omnia magna-

tiſſimum fecit. Obtrectationes invidorum infracti animi magnitudine facile contempſit.

Quid autem homini natura mater, cui ſe benignam præbet, conferre præcipuum valeat, ſane in hoc incomparabili Viro mirifice oſtendit. Memoriæ tenaciſſimæ beneficio, quidquid vel olim legiſſet, vel nunquam intermiſſo quotidiano labore, in proceſſu ætatis, ex optimis Authoribus decerperet, optima fide, vixque mutatis verbis, cum audientium ſumma admiratione ſæpius recenſebat; Legum ſancita e propriis ſedibus depromebat; Scriptorum diſcrepantes ſententias paginis dinumerabat. Quando inopinatus & difficilis aliquis caſus obtigiſſet; in conſultationibus tam publicis, quam privatis, ipſamet prudentia, rationis optima dux, futuros eventus divinius non providiſſet. Eloquentiæ vero cum latinæ, tum vernaculæ redundantes divitias quis in eo non fuiſſet admiratus. Nemo laudando blandior; nemo gravior admonendo; nemo argumentorum vi atque copia uberior; nemo apta concinnitate verborum & ſententiarum felicior, nemo ponderoſior quisquam exſtitit.

magnanimiter contemnens a recto tramite ne latum quidem unguem deſcivit. Acceſſerat huic controverſiæ alia, maxima animorum contentione actitata, *de Jure vocandi Miniſtros Verbi*, quod Magiſtratus ſibi competere ſoli pertendebat. Per duplicis hujus tumultus tempora ſtrenuam *Noſter* Senatui operam calamo navavit ſuo; præcipue in *Refutatione*, quam Senatus contra *Georg* MYLII Librum: *Augſpurgiſche Händel*, typis vulgavit: quæ *Noſtrum* agnoſcit auctorem, uti reliqua omnia, quæ ſive in *Judicio Cameræ imperialis*, ſive alibi ſcriptim exhibita fuerunt: in quibus non ſolum ſolidæ doctrinæ, ſed etiam inſperatæ moderationis documenta reliquit. Vide *Paulum a* STETTEN *juniorem*, *l. c. p.* 204. qui iſta fuſe exſequitur.

Præterea *Demosthenicum* illud ter in oratore maximum in eo sic enituit, ut, vel *Aeschinis* testimonio, ipsum authorem credi posset adæquasse. Nec minus calami incredibili quadam celeritate coram intuentibus stuporem incussit. Nondum maximis de rebus consultatione aliqua ad finem perducta, ipse saniora placita scripto comprehensa cum audientium applausu proferebat.

Proinde cum hæc sua inimitabilis industria, solertisque ingenii expedita facultas, crebris Imperii comitiis, aliisque celeberrimis Conventibus plurimum sibi authoritatis contulisset; nulla fere majoris momenti res in publicam deliberationem venit, in qua non ipsius spectatissima prudentia, erudita facundia, & promptissima politi styli elegantia expeteretur; adeo, ut *Maximilianus II.* Romanorum Imperator ad aulam suam cæsaream opimis conditionibus benignissime invitaret; illo civilis vitæ tranquillitatem vel maximo dignitatis splendori, immoto animi judicio, constanter præferente: etsi alioquin emeritæ virtutis condigna præmia non desideraverit, a Cæsare nobilitatis insignibus, ad perpetuum posteritatis suæ ornamentum splendide decoratus.

Insuper a patruo suo, de quo superius mentio facta est, Liberis destituto hæres testamento scriptus, familiam suam longe majoribus, honesto labore partis, opibus confirmavit, nec non claris affinitatibus e Patritio ordine exornavit.

Conjugii fidem sanctissime coluit. E prima uxore (*r*) *Ingolstadii* ducta filium *Philippum* habuit; qui paternis vestigiis insistens, eosdem Jurisprudentiæ pulcherrimos titulos florente ætate adeptus, industria-

(*r*) Huic nomen fuit *Sabina Lechneria.*

ſtriaque ſua partim patriæ, partim ſereniſſimo *Bavariæ* Duci, pariterque illuſtribus & nobilibus quibusdam Partibus comprobata, paucis ante parentis obitum diebus vita functus eſt (*f*). Duas itidem filias ex eodem matrimonio, nobilibus & claris nuptiis decoratas, ſuſtulit; quarum major ſimiliter patris fatum paucis menſibus antevertit.

Secundam uxorem e Patritio genere (*g*) ſine liberis morte ſublatam amiſit. Cum tertia, honore Majorum, pietate, moribus, prudentia, frugalitate lectiſſima fœmina, *Veronica* (*h*) undetriginta annos concordiſſime vixit, ſex liberorum pater ex ea factus, filiorum trium, totidemque filiarum; ſed ex his majore natu filio *Georgio*, ante annum paterni obitus, *Venetiis* inopinato caſu ſublato, fati acerbitatem mater provida & pia diſſimulatione apud conſternatum patrem mitigavit.

Cæterum præter maximarum virtutum felicem confluentiam, id etiam reliquis ſuis donis blandientes Gratiæ adjunxerunt; quod a gravioribus curis & laboribus animum aliquantum remittens, apud domeſticos & amicos jucunda quadam jocorum civilium venuſtate ſermones familiares condiebat,

 lepo-

(*f*) *Philippi* TRADELII Epitaphium exhibet *Daniel* PRASCHIUS in *Epitaph. Auguſt. T.I. p.* 268. his verbis.: *Anno* 1598. *den* 26. *Januar. ſtarb der edel hochgelehrt Philipp Tradel beeder Rechten Doctor, fürſtl. Durchlaucht in Bayrn Rath, und Fuggeriſcher Advocat...*

(*g*) Fuit hæc *Sabina Pfiſterin*, quam Noſter ao. 1564. in matrimonium duxit, anno autem 1569. morte ſibi ereptam amiſit teſtante *Schellenberger Hochzeit - Regiſter MSSto. in 4to.* Confer *Cruſii Rer. Suev. Dodec. III. p.* 722.

(*h*) Eſt hæc *Veronica Ketzerin*, vel *Kötzerin*, quæ ei anno 1569. 19. Maji nupſit, maritumque moriendo anno 1612. ſecuta eſt. Vid. *Schellenberger l. c. in 4to.* item *Dan.* PRASCHII *Epitaph. Auguſtan. T. II. p.* 17.

leporumque erudita festivitate accumbentes ad honestam hilaritatem provocabat.

Novissimam uxorem gratissimam itinerum suorum comitem habuit; cum propter mores toto animo ab se probatos, tum, quod corporis obesioris mole gravato, ejus sibi opera ad valetudinis curam peropportuna fuerit.

Nihil unquam otio indulsit, sed omne tempus ab actionibus & negotiis vacuum legendo, scribendo & meditando traduxit, nisi quod plerumque a prandio, valetudinis causa, vehiculo per unam alteramque horam utebatur.

Sed enim tanto pulcherrimarum scientiarum ardore perpetuo flagrabat, ut etiam *Cabalæ* disciplinæ abstrusæ mysteria, degustata mediocriter *Hebræorum* sacra *lingua*, miro ingenii acumine assecutus, de omnibus fere naturæ arcanis multoties subtilissime disserere solitus fuerit. Ingravescente vero ætate præter Jurisperitorum vastos commentarios sanctorum Patrum nunquam intermissa lectione plurimum sese oblectabat.

Scripsit etiam quam plurima, quæ scriniis suis recondidit, præsertim *illustrium Causarum ad justitiæ libram exquisitissime appensas Consultationes*, quarum duo densissima volumina filiis hæredibus reliquit. E quibus natu major *Casparus* (*i*) hoc tempore *Aureliæ* ad Ligerim, Gallorum celeberrimo Gymnasio, ad paternæ gloriæ possessionem laudabili conatu acriter adspirans, ea, doctis Viris liberali-

(*i*) A *Caspare* TRADELIO (præter superius memoratam *Eclogam* & *Epicedium*, quibus parentis optimi obitum planxit) extant etiam: *Quæstiones quædam controversæ, respondente Casparo Tradelio. Aureliæ.* 1601. V. EHINGER *Catalog. Biblioth. Augustanæ*, *p.* 239.

raliter gratificando, aliquando in lucem proferre procul dubio non intermittet; cum pater hac in parte minime ambitiosus præter *pios aliquot Libellos*, quibus Fidei christianæ rationem reddit, typis litterariis nomine suo nihil divulgaverit; editurus forsan Reipublicæ *Statuta civilia* ab se in justum volumen redacta, luculenter aucta & pulcherrimo ordine digesta, si fata vitam prorogassent, donec Senatus - Consulto confirmarentur.

Septuagesimum autem annum nondum attingens, cum Senatoribus *Augustanis* ad Comitia Imperii anno christianæ salutis nonagesimo octavo *Ratisbonæ* Legationis munere functus, in ejulatu præsentis uxoris 13. Kal. Februarii calculi doloribus, omnem medicæ artis opem superantibus, composito ad Deum animo, & rite supremi elogii confectis tabulis, quibus & Reipublicæ olim, dum in bonis literis tyrocinium ponere, sibi collatum beneficium, pio Legato eleemosinæ publice adscripto, grate remuneratus, in fata concessit. Inde Principum, & sacri Imperii Ordinum nobilissimis Legatis funus *Ratisbonæ* extra portam solenni comitatu prosequentibus, ejus cadaver *Augustam* reportatum ad ædem cathedralem Deiparæ virginis, proprio tumulo (*) honorificentissime illatum est. Insuper & (Lege : *extat*) monumentum marmoreum apud *S. Annam*, cui *Theodoræ* unice dilectæ, nobilique matrimonio ornatæ filiæ, sicut pater ab exemplo in *Italia* ab se olim observato in mandatis reliquerat, Epigramma incisum legitur, ab hæredibus erectum

D. O.

(*) Epigraphen tumuli exhibet *Dan.* PRASCHIUS in *Ep taph. August. P. II. p.* 17.

D. O. M. S.
GEORGIO TRADELIO
PRIMARII NOMINIS
ET SINGVLARIS ELOQVENTIAE
I. CONSVLTO
PROVINCIAE SVEVICAE
TVM AVGVSTANAE
MVLTARVMQVE ALIARVM
RERVMP. ET ORDINVM
ADVOCATO
QVI ANNO DOMINI CIↃ. IↃ. IIC.
XIII. CAL. MARTII.
IN COMITIIS REGEN.
REIP. AVGVSTANAE LEGATVS
IN VLNIS LACRIMANTIS VXORIS
ANIMAM DEO PIE REDDIDIT.
MARITO ET PATRI DVLCISS.
VERONICA KETZERINA CONIVNX
ET SVPERSTITES LIBERI
MVLTIS CVM LACRIMIS POSVER.
VIXIT AN. LXVII. M. X. DIES VIII.

Theodora Filia,
Aegid. Sebaſt. Voit a Berg conjunx,
in Tumulum Patris.

Quæ miferanda tuo impofui nunc faxa fepulchro,
Accipe pro meritis, mi Pater! innumeris.
Si mihi marmoream licuiffet fumere formam;
Ipfa forem, haud alius, quo tegerere, lapis:
Incifisque notis legerer: THEODORA *parentis*
Fit tumulus, reddens oſſibus oſſa piis.

Fuit *Noſter* corporis ftatura mediocri, quæ tamen heroicæ frontis dignitati vix quidquam detrahebat: fuit latis humeris ac pectore lato, infinitas fæcundiſſimæ mentis opes occultante; quæ omnia ad

ad reliquum corpus, tereti quadam obesitate compactum, non sine apta symmetria respondebant, adeo ut spectatae proceritatis viris eum in ambitu conferre licuerit. Ubi vero niveum fluentissimae orationis candorem, sive quae ad rem facerent, prudentissime suadendo: sive virtutis divinam speciem justis praeconiis extollendo: sive pium ac aequum contra nefarios assultus acerrime propugnando:concitatissimi torrentis in morem proferebat; tum & semetipso major, & circumstantibus omnibus augustior, & adversariis gravior videbatur, quam ut ad reluctandum viribus suis confidere auderent. Hactenus *Parentalia.* —

Modo de litterariis *Nostri* monumentis paulo fusius, quam ab iis, qui hactenus de TRADELIO scripserunt, dicendum mihi est.

I. Nonnulla, a se scripta, edidisse *Nostrum* eruere licet ex *Sim.* SCHARDII *Scriptoribus Rer. german. Tom. III. p.* 109. ubi in *Catalogo Personarum, quae tempore electionis & inaugurationis Maximiliani II. in Regem Romanorum Francofurti anno* 1562. *fuerunt*, TRADELIUS *inter Viros editis Scriptis celebres* connumeratur. Sed quaenam illa Scripta sint, hactenus indagare haud quivi.

II. *Pios aliquot libros* typis divulgasse *Nostrum*, tradunt superius allegata *Parentalia*; quin tamen istos accuratius indicent. Fors in horum numerum referendi sunt illi, quorum titulum *Joannes* CLESSIUS (*k*) sic effert: 10. *D. Georgii* TRADELN *Judicium und Ableinung über ein erschrecklich Arrianisch, in Pohlen von Christoff* OSTERROTH *ausgegangener Schrifft.*

(*k*) In *Elencho consummatissimo unius Seculi. in 4to. P. II. p.* 47. ubi, etsi TRUDELN vocetur *Noster*, tamen certe error typi est.

Schrifft. in 4to. *Franckfurt. Egenolphs Erben.* 1596. 20. *Sechs und fünffzig kurze Gebett für die Reysende unnd sonsten. Ibidem.* in 8o. 1598. Confer JOECHERN *Gelehrten - Lexicon. T. IV. Paul. a* STETTEN *juniorem*, *l. c. p.* 217.

De editis hucusque. Inedita autem *Nostri* sunt, quæ sequuntur:

III. *Illustrium Causarum ad justitiæ libram expensarum Consultationes. Tomi II.* de quibus *Parentalia* meminerunt, spemque fecerunt: eas a filio *Casparo* typis vulgatum iri. Sed hoc consilium exitu plane caruit. Hinc JOECHERN in *Gelehrten - Lexicon* bene ait: *Nostrum* has *Consultationes* scripsisse; quin addat: & vulgasse.

IV. *Statuta civilia Reipublicæ Augustanæ, luculenter aucta &c. Volumen unum.* Vide mox citata *Parentalia.* Neque hoc Opus lucem vidit unquam: circumferri tamen manuscriptas *ad aliquot Consuetudines. Juraque singularia Reipublicæ Augustanæ Georgii* TRADELII... *Observationes quasdam practicas iis, qui in foro publico Augustæ versantur, non minus utiles quam necessarias*, monet *Paul. a* STETTEN *junior*, *l. c. p.* 217. addens: eas solide admodum scriptas esse.

V. *Historia Rerum memorabilium Pontificum & Imperatorum Romanorum, a Bernardo* HEUPOLDO (*l*) *August. in Latinum versa & notis illustrata: cujus*

(*l*) Injecta HEUPOLDI mentio suadet, aut potius exigit, ut de ejus meritis pauca dicam; cum & ipse pluribus, tum ad cognitionem Rerum *Augustanarum*, tum ad usum & commodum juventutis scholasticæ facientibus, libris editis locum sibi in hac *Bibliotheca* mea vindicet. Is

jus est autographum. Ita habet *Catalogus Bibliothecæ* SPIZELIANAE, *pag. ultima*, ubi *Manuscripta* recensentur. Hunc *Codicem* postea suum fecit *Jo. Georg.* SCHELHORNIUS *senior*, qui eundem *cimelii loco habendum*

[1] Is anno 1589. & sequentibus in schola *Annæana*, *Augustæ*, docuit; uti testatum facit CROPHIUS in *Histor. des Gymnasiums zu St. Anna &c. p.* 101. Eundem celebribus *Sæculi XVII.* Lexicographis annumerare non dubitavit FABRICIUS in *Abriß einer allgem. Histor. der Gelehrtheit, P. I. p.* 151. Ejus extant, præter *Historiam* supra memoratam, sequentia. I. *Künstlich lustig Losbüchlein samt einer angehängten Tafel von Träumen.* in 8°. *Franckfurt.* 1595. II. *Parabolæ und schöne holdseligeGleichnussen aus H.Schrifft.* in 8°. *Franckfurt.* 1596. III. *Beschreibung der Gemälde an dem Weberhause zu Augspurg: in deutschen Versen. Augspurg.* 1607. IV. *Grundliche und ordentliche Beschreibung der Gemählde an den* 3. *Thürmen der löbl. Reichs - Stadt Augspurg, von Bernhard* HEUPOLD *der* 3*ten. Classe bey St. Anna Præceptorn reimenweis, und dann von Georgio* FABRO, *seinem Mit - Consorten, in lateinische Verse transferirt.* 1613. V. *Dictionarium erklärend allerley schwere Wörter, so in der deutschen Sprach eingerissen.* in 8°. *Basel.* 1620. VI. *Kurze beyläufige Beschreibung des neu - erbauten,* 1615. *angefangenen Raths - Hauses in Augspurg, in deutsche Reimen verfasst. Augspurg.* 1620. VII. *In Reimen verfasste Beschreibung der des H. R. R. Stadt Augspurg berühmten lateinischen Schule bey St. Anna, vom Ursprung an selbiger Schule im Jahr* 1531. *bis in Jahr* 1623. *und Erzehlung, wie selbe* 1613. *vom Grund auf wiederum von neuem zu bauen angefangen, und anno* 1616. *gänzlich vollendet worden, nebst einem Catalogo Præceptorum &c. Augspurg.* 1623. *Bey David Francken,* in 4to. VIII. *Terentii Afri Comœdiæ VI. germano - latinæ tersissimis Versionibus Matthiæ* SCHENCKII *& David.* HOESCHELII *&c, Opera & Sumptibus Bernardi* HEUPOLDI *foras datæ,* 8°. *Augustæ,* 1624. Foetus, si *Jac.* BRUCKERO (in *Vita* HOESCHELII) credimus, tantis nominibus indignus, sine dubio ex Dictatis, olim eorum discipulis oblatis, consarcinatus. Confer, si libet, FABRICII *Bibl. lat.* IX. *Flores Terentiani & Plautini latinogerma-*

bendum esse pronunciat (penes quem & fides sit) simulque *Titulum* prolixe exscribit in *Amœnit. eccle-siast. T. II. p.* 221. 222. Ego summam illius adscribere satis habeo : *Historia Rerum memorabilium a Pontificibus & Imperatoribus Romanis gestarum. Item de Antichristo & ipsius signis ac prodigiis .. testimoniis SS. Scripturæ & Orthodoxorum historiis, nec non miraculis tam in cœlo quam in terra factis .. breviter adumbrata . . per . . Georg.* TRADELIUM . . . *olim ex multis Historiographis germanice congesta : & a me Bernhardo* HEUPOLDO . . *in latinum sermonem conversa.*

germanici. in 8°. *Augustæ. Apud Sebast. Mylium*, 1628. X. *Plautus redivivus , hoc est : Sententiæ insigniores ex ipsius XX. Comoediis excerptæ , latino-germanice conversæ, & in locos communes digestæ.* in 8°. *Augustæ*. XI. Præterea continuavit *Joh.* SCHELLENBERGER *Augspurgisches Hochzeit - Register;* quod *Registrum* nunquam typis editum fuit, sed tantum manuscriptum hinc inde in manibus civium *Augustanorum* versatur. Vide *Pauli a* STETTEN *senior. Historie von Augspurg*, in *Vorbericht de Script. Rer. August.* LIPENII *Bibliothecam theolog.* & *philosoph.*

WAGNER (*Petrus*)

Petrus WAGNER *Augustanus* (*a*) Regulam *S. Benedicti* in monasterio *SS. Udalrici & Afræ* amplexus, vixit ibi post medium sæculum XV. laudatus doctrinæ ergo a *Casimiro* OUDINO (*b*): *Bernardo* PEZIO (*c*): *Caspare* BRUSCHIO (*d*) : *Corbiniano*

KHAM-

(*a*) *Augustanum* fuisse affirmat P. KHAMMIUS in *Hierarch. August. P. II. p.* 279.

(*b*) In *Commentario de Scriptor. eccles. T. III. p.* 2720. ubi fuse de *Nostro* differit.

(*c*) In *Dissertatione isagogica* ad *Tom. I. Thesauri Anecdotor. noviss. p.* XXXIII. & in *Tom. II.* memorati *Thesauri*, *P. III. p.* 450.

(*d*) In *Monasteriologia*, *p.* 152.

KHAMMIO (*e*): *Magnoaldo* ZIEGELBAUER, & *Oliverio* LEGIPONTIO (*f*): *J. A.* FABRICIO (*g*).

Claruit *Noſter* ſub tribus Abbatibus *San - Udalricanis*, nimirum *Melchiore de* STAMHAM, *Henrico* FRIES & *Joanne a* GILTLINGEN (*h*). Fuit ſui monaſterii Bibliothecarius, cumque circa annum 1493. quidam *Georgius* BOLSTER Monachus *Andecenſis* (*i*) *Auguſtæ* in cænobio *SS. Udalrici & Afræ* aliquamdiu hoſpitatus, Bibliothecam variis metris decoraſſet, *Noſter* eandem SS. Patrum auctoritatibus muniendam ſibi ſumpſit (*k*) Fuit præterea *Subprior* aſceterii ſui, & bina adeo vice *Prior*; ſecunda ſcilicet vice, quando *Conradus* MOERLIN anno 1496. ex Priore Abbas factus eſt (*l*).

Demum anno 1501. *Joanne* HARTLIEBIO Abbate *Thierhauptano* munus ſuum abdicante, poſtulatus *Noſter* ei monaſterio præeſſe coepit (*m*). Iſtam autem

(*e*) In *Hierarchia Auguſtana*, *P. II. p.* 279. & *P. III. p.* 101.

(*f*) In *Hiſtoria litterar. Ord. S. Benedicti*, *T. I. p.* 564. & *T. IV. p.* 526. 508.

(*g*) In *Bibliotheca med. & inf. Latinitatis. Edit. Manſianæ*, *T. V. p.* 282.

(*h*) *Conf.* OUDINUS *l. c.*

(*i*) De *Georg.* BOLSTER in tranſitu notavi quædam in *Bibliothecæ* meæ *Auguſtanæ Alphabeto. I. p.* 216.

(*k*) Ita teſtatur *W.* WITTWER in *Catal. Abbatum San-Udalrican.*

(*l*) Sic monet *W.* WITTWER *l. c.* ſub finem.

(*m*) KHAMMIUS in *Hierarch. Auguſt. P. III. p.* 355. 360. & BRUSCHIUS in *Monaſteriologia. p.* 152. Hinc minime

autem dignitatem haud diu pacate tenuit; namque, anno 1504. per belli *Bavarici* tumultus bona monasterii omnia amisit, ipsiusque cœnobii exustionem pati coactus est, vix non integro biennio apud fratrem suum Augustæ exulans (*n*); donec tandem a nobili Viro *Michaele* RIEDERER A BOXBERG suo monasterio postliminio restitutus fuit. Agebatur tum annus 1506. quando, Bellonæ motibus sedatis, *Noster* modis, quibus poterat, omnibus monasterium instauravit. Obiit diem supremam anno 1511. (*o*).

Doctrinæ suæ *Petrus* noster documenta in monasterio *San - Udalricano* reliquit sequentia:

I. *Congestum Monachorum illustrium, sive Liber de Viris ac Fœminis vitæ sanctimonia & doctrina celebribus ex Ordine S. Benedicti.* MSStum. in 4to. quod cum a nullo Auctorum, qui de illo ante me egerunt, bene descriptum fuerit, operæ pretium me facturum existimo, si hoc loco accuratam ejus descriptionem dedero. Est autem sat grande Volumen, *foliorum* 122. non septem, ut nonnulli tradiderunt, sed undecim Capitulis constans. Incipit: *In*

me credendum Anonymo WESSOFONTANO, qui *Petrum* nostrum e cœnobio *San - Udalricano* ad abbatiam *Wessofontanam* evocatum fuisse, falso litteris tradidit. Vide PEZII *Dissertat. isagog.* ad *Tom. I. Thesauri Anecdot. noviss.* p. XIX. XXXIII.

(*n*) De his plura vide apud KHAMMIUM in *Hierarch. Augustana*, *P. II. p.* 279.

(*o*) Vide mox citatum KHAMMIUM, *P. II. p.* 279. & *P. III. p.* 355. 360.

In hujus calamitosæ lethalis vitæ errorum nebulas atque miseriarum animæ corporisque, heu! mille angores &c. &c. Finito Prologo agit *Noster* de omnibus Ordinibus tam ante, quam post *S. Benedictum* exortis, incipiens a primis Anachoretis *Paulo*, *Antonio &c.* His descriptis ad Ordinem *S. Benedicti* (hunc maxime sui scopum laboris sibi proposuerat) & quos hic, velut fæcunda arbor, protulit ramos, scilicet Ordinem *Cluniacensium*, *Camaldulensium*, & ceteras Ordinis Benedictini propagines enumerandas studiose progreditur. His quasi quibusdam Præliminaribus succedit Opus ipsum in 11. Capitula seu *Titulos* dispertitum. *Primus* Titulus complectitur *Pontifices* ex Ordine assumptos. *Secundus* Monachos *Martyres* enumerat. *Tertius* eos, qui ad *Patriarchatus* & *Archiepiscopatus* evecti fuerunt, comprehendit. *Quartus* Monachos *Cardinales* habet. *Quintus* de Monachis, qui *Nuntii* seu *Legati Apostolici* fuerunt, aut pro Infidelium conversione aliave Ecclesiæ utilitate a summis Pontificibus missi sunt, differit. *Sextus* de Monachis *Episcopis* tractat. *Septimus* Monachos *Scriptores* exponit. *Octavus* enumerat *Imperatores, Reges, Duces, & Principes, Comites*, aliosque *Nobiles*, qui vestem monasticam sumpserunt. Titulus *nonus* vel sanctitatis vel alio nomine illustres *Abbates* continet. Titulus *decimus* sanctos vel alio nomine illustres *Monachos* recenset. Titulus *undecimus* denique de *Abbatissis & Monachabus* illustribus pertractat. Totum Opus claudit Epistola *Nostri* dedicatoria ad *Joannem de* GILTLINGEN Abbatem, data anno 1493.

Reperitur idem Opus in Bibliotheca *Tegernseensi*, ubi Auctor *Petrus Abbas Thierhauptanus* diserte

te vocatur. Habetur etiam in Bibliotheca *Paulina*, *Lipsiæ*; prout ex FELLERO docet Caſ. OUDINUS in *Comment. de Script. eccleſ. T. III. p.* 2720. monens inſuper, *Noſtrum* hunc Librum ſub *Melchiore de* STAMMHAM, & *Henrico* FRIES, Abbatibus *San-Udalricanis* (Hos ipſos doctrinæ ergo *pag.* 121. 124. ſuperius laudavi) confeciſſe, ac demum eorum ſucceſſori *Joanni de* GILTLINGEN, de quo pariter ſuperius *pag.* 129. honorifica mentio a me injecta fuit, dedicaſſe. Servatur quoque in Bibliotheca *Cæſarea*, *Vindobonæ*, teſte *Petro* LAMBECIO in *Commentar. T. II. p.* 827. Edit. *Kollarianæ*, & *T. I. p.* 655. transſcriptus (*p*) a *Joanne* GRIESHERR, cujus itidem ſupra paucis memini, anno 1520. Bene notes, velim, Lector! conſulto me dicere: *transſcriptus*; nam etſi inficias ire nolim, *Joannem* GRIESHERR monachum *San-Udalricanum* auxiſſe forſitan Opus atque limaſſe, uti vult OUDINUS *l. c.* tamen *Petro* WAGNER illius conſcripti laus, ſi non integra, at certe maxima manere debet. Et profecto illud *egregium* eſſe, affirmat *Bernardus* PEZIUS *l. c.*

II. *Congeſtio* huic ſuo ſequenti erudita Lucubratione proluſiſſe videtur *Petrus* WAGNER; namque anno 1487. omnes *Sanctos Ordinis Benedictini*, in apotheoſin relatos, collegit; quos poſtea *Leonardus* WAGNER (De hoc ſuperius, *pag.* 127. dixi) in membrana auro & iconibus decorata pro ſtupenda, qua

(*p*) Solebant illa ætate Monachi *San-Udalricani* Confratrum ſuorum Lucubrationes ſæpius tranſcribere (uti ſuperius in MAYSTERLINO No. I. II. monui) & in fine earum nomen ſuum apponere: quin ob id confici inde debeat, eos Librorum transſcriptorum Auctores eſſe.

qua valuit, ſcribendi arte elegantiſſime conſcripſit. Rei hujus ſeriem ſequentibus narrat *W.* WITTWER in *Catalogo* MSSto. Abbatum *SS. Udalr. & Afræ.*
„ Sub ſæpe dicto Ven. Abbate *Johanne* (*de* GILT-
„ LINGEN) quidam Conventualis & Profeſſus hu-
„ jus loci, dictus *Petrus* WAGNER ex juſſione..
„ præfati Abbatis.. incepit colligere .. ex diver-
„ ſis libris *Congeſtum monachorum illuſtrium ac San-*
„ *ctorum de Ordine* præfati *S. Benedicti*, qui ſunt
„ canonizati a ſancta Eccleſia, quorum numerus
„ eſt.. quaſi innumerabilis. Fecit tamen idem
„ Frater, quod ſibi poſſibile fuit, & nomina eorum
„ omnia conſcripſit & notavit in ſpatio 13. hebdo-
„ madum & hoc cum maximo ſtudio & labore, ſi-
„ cut manifeſtum eſt omnibus inſpicientibus *Tabu-*
„ *lam*, in qua omnia illa ſcripta ſunt. Completo-
„ que Opere, obtulit illud Domino ſuo Prælato..
„ qui... ſtatim juſſit fieri *Tabulam* ligneam deau-
„ ratam itidem cum pluribus alis & imaginibus,
„ & interim quum fiebat *Tabula*, ordinavit ma-
„ teriam iſtam ſcribere in pellibus pergamenis..
„ per.. *Leonardum* WAGNER .. & omnia perfe-
„ cta & completa ſunt.. 1493. Et prædicta *Tabula*
„ ſuſpenſa eſt... Continentur autem diverſæ pi-
„ cturæ ſeu imagines utriusque ſexus Ordinis S.
„ Benedicti, & diverſis metris ac clypeis paren-
„ tum, avorum, proavorum S. Benedicti.. "
Hæc WITTWERUS. Ceterum *Corb.* KHAMMIUS (*q*) *ſuo adhuc tempore* (ſub labentis ſæculi initia) *membranam hanc, in tabulas inauratas diviſam & ex quibusdam partibus complicatis compoſitam in S. Gregorii ſacello viſam eſſe* monet. Nunc unica ſolum

 eaque

(*q*) Vide KHAMMIUM *l. c. P. III. p.* 101.

eaque *prima* ala in Bibliotheca monasterii servatur, ceteris (Quis non doleat tam pulchri & vetusti monimenti jacturam) temporis injuria abolitis.

ZIMMERMANN (*Edmundus*)

Nostri memoriam sequentibus verbis celebrare non prætermisit Liber : *Spiritus litterarius Norbertinus a scabiosis Casimiri* OUDINI *calumniis vindicatus &c. Auctore RRo. D. Georgio Abbate Roggenburgensi Ord. Præmonstr.* 4. *Augustæ.* 1771. Hujus verba apponere placuit, ne folium vacaret.

„ Mortali hac aura frui cæpit *Augustæ Vindelicorum, Sueviæ* metropoli, anno 1682. 9. Decembris. „ Cænobio *Roggenburgensi* se devovit anno 1701. „ 20. Februarii. Ad aram primo Presbyter stetit „ anno 1707. die 9. Aprilis. Professorem tum Philosophiæ , tum Theologiæ strenuum : postliminio Pastorem per complures annos zelosissimum: „ ac etiam ad Thavmaturgam *Schiessensem* egit Superiorem solertissimum , devotus Mariophilus. „ Non sibi soli, sed & aliis prodesse cupiens ad normam Instituti nostri Mariano - Apostolici, facundus juxta ac suasivus ex ambone Præco , multo „ applausu , nec minore fructu detonare solitus , „ febri acuta in parochia *Wisenbacensi* enecatus , „ obiit anno 1742. 15. Februarii.

„ I. Reliquit nobis duos tomulos compactos, in „ 8o. sub inscriptione: *Epitome Theologica , seu Assertiones scholasticæ ex universa theologia scholastica in compendium redacta a P. Edmundo* ZIMMERMANN *Can. Roggenburg. SS. Theol. Professore Ordinario , anno* 1717.

„ II.